CASTELLI, E PONTI

DI MAESTRO

NICCOLA ZABAGLIA

CON ALCUNE INGEGNOSE PRATICHE,

E CON

LA DESCRIZIONE DEL TRASPORTO

DELL'OBELISCO VATICANO,

E DI ALTRI

DEL CAVALIERE

DOMENICO FONTANA.



IN ROMA, MDCCXLIII.

NELLA STAMPERÌA DI NICCOLÒ, E MARCO PAGLIARINI
MERCANTI LIBRARI, E STAMPATORI A PASQUINO.
CON LICENZA DE' SUPERIORI.

PRÆFATIO.

SI de Republicà optime meriti, laude, ac memoria digni jure exiſtimantur, qui ſcientias Magiſtrorum, librorumque auxilio partas, multis novarum rerum inventis ad majorem humani generis utilitatem augent, atque exornant; utique, quadam proportione ſervatà, Mechanici illi artifices videntur quoque commendandi, qui, cum artes ſine libris, & Magiſtris didicerint, illas, non ſolum vim præclari ingenii exercendo, ſed etiam accuratis obſervationibus quotidiè vacando, faciliores, ditiores, amplioreſque reddiderunt. Hos inter procul dubio noſtris hiſce temporibus numerandus eſt NICOLAUS ZABAGLIA, qui legendi prorſus expers, nulloque docente, ita in Staticis, Mechaniciſque profecit, ut omnes, quotquot ætate ſuperiori vixerunt, non immeritò videatur antecellere.

Egregius hic vir a primis ſuæ juventutis annis inter Vaticani Templi Artifices cooptatus, viſis prius, diligenterque obſervatis variis ingenioſis machinis, tum etiam peculiaribus pontium ſubſtructionibus in illius magni Ædificii uſum ſanè neceſſariis, totus incubuit, ut quo in loco, quoque modo majores exercerent vires perdiſceret, & cauſas ab effectibus inveſtigaret, ſimulque originem tantæ facilitatis, quà pondera, & ingentes moles moventur, ac ſuſtinentur, unà cum pontium ſecuritate dignoſceret. Et hac ratione quibuſdam ſibi efformatis regulis, ac tutiſſimis Staticæ, & Mechanicæ principiis conſtabilitis, quantæ a gravibus, ubi, & quomodo vires exercerentur, nec non modum illa dividendi, ſive ipſis reſiſtendi, optimè ad praxim deduxit. Unde nemini mirum eſſe debet, quod ipſe non modo eaſdem machinas majori facilitate adhibuerit, ponteſque, parietibus, ornamentiſque illæſis, & quaſi penſiles conſtruxerit, verum etiam nova excogitaverit, quibus tuto, & pulcherrimo quodam ordine uti potuit; promptè etiam, ſi quid inexpectatum contigiſſet, providendo, ità ut quod in aliis difficile, & periculoſum, ne dicam temerarium haberi potuiſſet, huic benè, ac feliciter ſemper ceſſerit.

Cum verò aliquot ab hinc annis experientia ipſa docuerit, quantum hujus egregii Artificis labores Baſilicæ S. Petri utilitatem afferrent, cumque ex iis, ſi typis mandarentur, maximum in publicam omnium eruditionem commodum ſperaretur (novis quippe inventis locum præbuiſſent) idcirco ære incidi cæpti ſunt, ut perpetuis etiam temporibus eorum conſervaretur memoria; quamvis non eo, quem re ipſa merentur, cum plauſu ab hominibus idiotis eſſent excipiendi, ob nimiam eorum ſimplicitatem, atque facilitatem, quæ primo penè intuitu apparet. Nam hi quidem iniqui rerum æſtimatores non ſatis intelligunt ampliſſima commoda, quæ ex his aſpectu quidem parvis, atque facilibus, ſed re ipsà maximis, atque ſummo ingenio excogitatis novis inventis dimanant. Verum hujuſmodi utiliſſimo opere aliquibus de cauſis intermiſſo, Sanctiſſimus D. N. BENEDICTUS XIV. qui inter continuas, & graviſſimas totius Chriſtiani Orbis curas, aliquod etiam temporis ſeligere didicit, quo ſcientias, nobilioreſque artes promoveat, & quidquid in populorum, humanique generis utilitatem conducit, feliciter provehat, mandavit, ut illud reaſſumeretur. Huic autem operi, quo utilius, & acceptius fieret, conſultò unà cum quibuſdam mechanicis Inſtrumentis, aliiſque cohærentibus notitiis, aliæ quoque conſimiles, atque ingenioſæ praxes, quarum extra Romam nullus adhuc invaluit uſus, fuerunt adjunctæ.

IMPRI-

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

F. M. De Rubeis Archiep. Tharſen. Viceſg.

APPROBATIONES.

COllectionem hanc Machinarum a NICOLAO ZABAGLIA, ſola ratione duce, & experientia magiſtra, inventarum, juſſu providentiſſimi Principis, & ad bonarum artium incrementum intenti, BENEDICTI XIV. P. M. factam, & ad humanæ ſocietatis commoda procuranda propoſitam vehementer laudo, & commendo: ex qua id utilitatis percipient Architectonicæ facultatis ſtudioſi, ut & illis uti commode poſſint, & ad illarum exemplum novas ipſi fingere, & conſtruere. Ex Collegio Clementino hac die prima Maij 1743.

D. Jo: Franciſcus Baldinus Cl. Reg. Cong. Somaſchæ.

JUſſu Reverendiſſimi Patris Fr. Nicolai Ridolfi Sacri Apoſtolici Palatii Magiſtri legi Librum, cui titulus: *Contignationes, ac Pontes Nicolai Zabaglia &c.* in quo nihil Fidei Catholicæ, honeſtiſque moribus adverſum occurrit. Imo cum multa nova in eo ingenioſe excogitata de Pontibus, aliiſque Machinis, ſumma facilitate, minimoque ſumptu conſtruendis doceantur, non dubito, quin multum interſit, illum publici juris facere. Romæ ex Collegio Nazareno Pridie Kal. Maij Anno MDCCXLIII.

Paulinus a S. Joſepho Scholarum Piarum Aſſiſt. Gener.

IMPRIMATUR,

Fr. Aloyſius Nicol. Ridolfi Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

3



Cav.r Pietro Leone Ghezzi delin.

Girolamo Rossi inc.

4

I.

1 2 3 7 4 8 10 13 9 11 12 17 18 16 15 14 6

35 5

20 20 23 22 21 24 20 19 20

32 34 25

34

27 26 29 28 20 30

27 27 27 33 29 29 29 31

Francesco Rostagni delin.

Martino Schede inc.

TABULARUM
EXPLANATIO.
TABULA I.

UT earum praxium uſus, quæ ſequentibus hiſce tabulis demonſtrandæ ſunt, melius, clariuſque innoteſcat, non incongruum viſum eſt a communioribus inſtrumentis exordiri, menſuras, & pondera deſcribere, & quidquid hujuſmodi praxibus inſervit repræſentare. Inter inſtrumenta autem, à quibus initium ducimus, obſervanda ſunt.

1, Parvus palus acuminatus, cæſimque inſtructus: 2, & 3, pali inſtar calcanei: 4, palus in formam oris Cancri deſinens, qui omnes palmorum circiter ſeptem longitudinem, ponduſque librarum triginta continent: 5, parvus palus longus palmis decem, ponderiſque librarum octoginta circiter. 6, Palus longitudinis palmorum decem, & octo, ac ponderis librarum circiter ſexaginta ſupra ducentas: his omnibus tanquam vectibus uti ſolemus: 7, Sariſſa, ſeu ligonis ſpecies acuminata: 8, eadem inſtar calami: 9, ad aciem protenſa: atque hæ longæ ſunt palmis duobus, ponderiſque librarum circiter novem, earumque maximus uſus eſt tum in effringendis, rumpendiſque parietibus, tum in tophis quadrandis, illiſque ſuo loco appoſitis undequaque æquandis, præſertim in fornicibus.

10, Clavus, ſeu palus ferreus craſſitudinis unciarum trium, longitudinis palmorum duorum ſupra dimidium ſtratis ſiliceis infigendus, ut ibidem ergatæ tutò firmentur, ſimilibuſque viribus obſiſtatur.

11, Clava ferrea: 12, Scalprum parietibus perforandis idoneum: 13, tenue ſcalpellum dictis foraminibus expoliendis, quadrandiſque concinnatum.

14, Malleus Fabris cœmentariis inſerviens: 15 alter Fabris lignariis: 16, Serra: 17, Aſcia, ſeu Dolabra, inſtrumenta ſatis, ſuperque omnibus nota.

18, Forfices, quæ capitibus funis, axem in peritrochio inveſtientis, alligatæ unci inſtar prohibent, ne ſitula ipſis appenſa, ſi forte aut impingatur, aut invertatur, cadere poſſit.

19, Malleolus lateribus in uſum pavimentorum cædendis concinnatus, ſemperque acutus, craſſus propè foramen, totuſque ex chalybe, ut identidem extremum verſus protendi, ſimulque, quod ex eo conſumptum fuerit, dum acueretur, reſtaurari poſſit: 20, varii moduli, ſeu ferreæ laminæ ad lateres ope chalybeæ cuſpidis notandos juxta menſuram, & formam, quibus cædendi ſunt.

21, Terebra ad perforandos parietes craſſitudinem, etiam palmorum 12, excedentes: hujus craſſitudo modo major, modo minor juxta proportionem: 22, terebra ad amplianda foramina.

23, 24, Serræ ad ſecandos parietes.

25, Ferreum munimen cum ſuo clavulo in pariete ſtatuendum ad ſuſtinendas trabes, aliaque ligna pendentia per illud tranſmiſſa: 26, ferreum munimen ad cingendas, uniendaſque plures trabes, ſeu ligna: 27, idem munimen ſolutum: 28, ferreum munimen ad cingenda, uniendaque plura ligna, ſeu trabes: 29, idem munimen ſolutum: 30, munimen trabi, ſeu ligno, ad verticem inſiſtens, quodque ſimul cum ipſo aliam ſuſtinet trabem in eodem munimine horizontaliter collocatam.

31, Dictus clavulus cum capite ex unâ, & foramine ex aliâ parte ad cuneum infigendum aperto.

32, Annuli lignei, ſeu ferrei, qui clavulis, ſi forte nimis longi fuerint, inſeruntur, ut munimen lignis benè, arctèque conjungatur, ac conſtringatur.

33, Ferramenta, italicè *Ulivella*, petris immittenda, quibus ipſæ ſurſum excitentur. Ex his quædam majora ſunt, alia minora. Majora, comprehenſo manubrio, longitudinem continent palmorum trium, craſſitudinem unciarum quatuor, latitudinem verò unciarum octo; cumque inſtar caudæ hirundinis efformentur, unciis duabus ſecundum craſſitudinem decreſcunt, ſecundum autem longitudinem unciis tribus, ponderique librarum centum circiter æquantur: manubrium totius longitudinis dimidium eſt. Minora verò, quæ duobus longa ſunt palmis, craſſa unciis tribus, lataque tribus cum dimidio, ſervatâ proportione decreſcunt, & pondus librarum quadraginta circiter continent.

34, Hujuſmodi autem ferramenta componuntur manubrio, cui funes alligantur, nec non duobus cuneis truncatis, ſeu ſemicuneis, inter quos parallelepipedum medium eſt, uti etiam quodam clavulo, qui per manubrii, ſemicunecrum, & parallelepipedi oculos tranſmittitur. Ubi verò hujuſmodi ferramentis utendum ſit, operæ pretium eſt, petram in medio excavare, anguſte quidem in ſuperficie, latius verò in imo, inſtar caudæ hirundinis, quam exhibent eadem ferramenta. Primum igitur dd. duo cunei truncati à lateribus apponuntur, parallelepipedum in medio vi adhibita ſtatuitur ità, ut tota ferramenta, & quod excavatum fuerit conſtringendo impleant, & ope clavuli firmata elabi inde non poſſint, niſi aut petra diſrumpatur, aut ipſamet ferramenta diſſolvantur, quæ etiam, ut undique ſtringant, forcipibus juxta ſpatii excavati longitudinem communiuntur. Firmatis ſic dd. ferramentis funes eorumdem manubrio alligantur ad petram extollendam, ſuoque loco collocandam, quæ ne forte cadat, aut ſcindatur, ſi opus fuerit, alio involvitur fune, qui ipſi manubrio pariter alligatur, & antequam petra ſuo loco ſtatuatur, diſſolvitur, ac removetur.

35, Palmus Romanus, ſeu Architectonicus juxta menſuram, quæ ad publicam utilitatem notata cernitur in Capitolio, in duodecim uncias dividitur. Uncia in craſſitudinem unius digiti extenditur, ſeu quatuor granorum hordei, dividiturque in quinque minuta; adeoque palmus in ſexaginta partes, ſeu minuta diſtribuitur. Palmi tres menſuram illam, quæ vulgò *Paſſetto* dicitur, efformant: decem cannam componunt: Quinquaginta ſeptem cum medietate catenam conſtituunt, quæ ad dimetiendos agros, atque diſtantias inſervit. Catenæ 116, in longum, quæ palmis 6670 æquantur, unum milliare efficiunt. Catenæ 112 quadratæ, quæ palmis quadratis 37030 reſpondent, *rublum* ſuperficiei continent: 16. verò pariter quadratæ, palmis item quadratis 5290 æquales, unius *Petiæ* ſuperficiem conſtituunt.

Vetus Romanorum pes ſexdecim uncias dicti palmi complectitur. Quinque ex his pedibus paſsum geometricum exhibent: 1000 verò paſsus unum milliare Italum, ſeu palmos 6666, & uncias octo componunt: hujuſmodi autem milliare palmis 3, & unc. 4, altero, quod per catenam metimur, brevius eſt, & mille paſſibus reſpondet, qui ab homine naturaliter incedente confici ſolent; quique ſpatium illud continent, quod ipſe, ut ſupra naturaliter incedens, percurrit, dum pedem, qui retrorſum erat, antrorſum transfert; hæc ſiquidem pedis translatio millies repetita unum milliare conſtituit.

Quo verò menſura, quæ in chartâ exhibetur, perfectius reſpondeat prædictæ menſuræ, quam in Capitolio extare diximus, tantò longior conſultò facta eſt, quantò juxta experientiam charta ipſa contrahi ſolet, dum exſiccatur.

Ad obtinendam exactam hujus palmi menſuram globulus quidam ſolidæ materiæ, diametrique unius pollicis filo alligatur hærbæ Pitæ, ab Aloe parum diſſimilis: filum autem hujuſmodi ità elongari debet, ut inſtar penduli diſpoſitum quolibet ſecundo unam vibrationem, ſeu oſcillationem efficiat, unâque horâ 3600; deindè ſummâ cum diligentiâ notatur menſura a puncto, quo filum appenditur ad ipſum globuli centrum, quod parum à globuli centro diſtat; hujuſmodi ſpatium, ſeu longitudo palmos quatuor, uncias quinque, & minutum una cum tribus circiter minuti quartis continebit.

Triginta ex his palmis cubicis *Carraginem* efficiunt menſuræ genus, de quâ in Tabulâ XVI. ſermo fiet.

Palmi circiter ſeptem paſsum conſtituunt, menſuram ſcilicet, quâ utuntur reſtiarii ad funes, & venatores ad retia dimetienda, ſpatioque æquatur, quod ab homine brachia quantum poteſt elongante comprehenditur, quamvis funes ad pondus vendantur, non ad menſuram, quod idem in aliis generibus contingit; uti etiam ad pondus alia venduntur genera hujuſmodi rerum ſub diverſis quidem nominibus, puta *Carraginis*, quæ generatim librarum 3000, aut cantarii, quod librarum 250, aut ponderis, quod libr. 400, aut milliarii, quod libr. 1000. centenarii, quod libr. 100, vel decadis, quæ libr. 10. computatur. Libra verò in duodecim uncias diſtribuitur, hæ in vigintiquatuor denarios, denarii in viginti quatuor grana, grana autem in ſemigrana: inſuper uncia dividitur in octo drachmas, drachma vero in tres ſcrupulos, ſcrupulus demum denario reſpondet.

SPIEGAZIONE
DELLE TAVOLE.
TAVOLA I.

PER più chiara intelligenza, ed uso più facile delle pratiche, che si contengono in tutte le seguenti Tavole, si è stimato a proposito principiare col dar la notizia degl' istrumenti, anche più comuni, delle misure, de' pesi, e di ogni altra cosa, che per esse respettivamente si richiede; e principiando dagl' Istrumenti.

1, Paletto a punta, ed a taglio: 2, 3, a Calcagno: 4, a Granchio, e tutti sono lunghi palmi sette in circa, e di peso libbre trenta: 5, Giordanello lungo palmi dieci, e di peso libre ottanta in circa: 6, Giordano lungo palmi diciotto, e di peso libbre ducento sessanta in circa: questi due, con tutti gli altri già nominati, servono principalmente per far leva: 7, Gravina a punta: 8, a Penna: 9, a Taglio lunghe palmi due, e di peso libbre nove in circa; servono per sbattere le muraglie, per isquadrare i Tufi, uguagliarli posti in opera, e particolarmente nelle Volte.

10, Chiodo, o Palo di ferro grosso once tre, lungo palmi due, e mezzo, da ficcarsi nelle selciate per raccomandarvi gli Argani, e far resistenza a forze consimili.

11, Mazza di ferro: 12, Scarpello per far buche nelle muraglie: 13, Lancetta, o Scarpello sottile per pulire, e riquadrare le dette buche.

14, Martello da Muratore: 15, da Falegname: 16, Sega: 17, Ascia, istrumenti, e loro usi a tutti noti.

18, Molla, che legata al capo della fune della Burbera, in vece dell' Uncino, assicura, che il Secchio ad essa attaccato urtando, e rivoltandosi non cada.

19, Martellina da tagliare mattoni per uso de' pavimenti, tutta di acciajo sempre tagliente, ed affilata, grossa verso l' occhio per poterla stendere di tanto in tanto verso l'estremità, atteso il consumo nell'arrotarla: 20, Modini di lama di ferro di più forti, per segnare con punta d' acciajo i mattoni alla misura, e forma, che debbono tagliarsi.

21, Trivello, o Schiavone, o Succhiello da forar muraglie, anche di dodici, e più palmi, e grosso a proporzione: 22, Schiavone per allargare i fori.

23 : 24, Seghe da muraglie.

25, Staffa di ferro, con sua Cavicchia per sostenere le candele in essa infilate: 26, Staffa di ferro per cingere, ed unire più travi, o legni: 27, la medesima Staffa sciolta: 28, Staffa di ferro per cingere, ed unire più legni, o travi: 29, la detta Staffa sciolta: 30, Staffa fermata ad una trave, o ad un legno verticalmente, e che unitamente con esso sostiene altra trave posta nella medesima Staffa orizontalmente.

31, Detta Cavicchia con testa da una parte, ed un fesso dall'altra, per mettervi la zeppa.

32, Ciambelle, o Anelli di legno, o di ferro, che s' infilano nelle Cavicchie, se sono troppo lunghe, per far bene accostare la Staffa ai legni, e stringerli.

33, Ulivella di ferro da incastrarsi nelle pietre per tirarle in alto. Se ne fanno delle maggiori, e minori: le maggiori sono lunghe tre palmi, compresa la maniglia, grosse once quattro, larghe once otto, ed essendo fatte a coda di rondine diminuiscono per la grossezza once due, e per la larghezza once tre, e pesano libbre cento in circa: la maniglia è la metà di tutta la lunghezza. Le minori, lunghe palmi due, grosse once tre, e larghe tre, e mezza, diminuiscono a proporzione, e pesano libbre quaranta in circa.

34, Ulivella: è composta di una maniglia, per attaccarvi le funi, di due mezzi Cunei tramezzati da un quadrilungo, e da una Cavicchia, che passa per gli occhi della maniglia, de mezzi cunei, e del quadrilungo. Per servirsene, si fa nel mezzo della pietra un incavo stretto in bocca, e largo in fondo, o vogliam dire a coda di rondine, giustamente come l' Ulivella. Vi si mettono prima i due mezzi Cunei dai lati, e poi il quadrilungo in mezzo a forza in maniera, che l' Ulivella venga a riempire strettamente l' incavo, e che fermata che sia con la Cavicchia, non possa uscire da esso, se non si sfalda la pietra, o non si scompone l' Ulivella; e perchè questa stringa da pertutto, occorrendo, si calza con mollette, o biette ancora nella lunghezza dell' incavo. Fermata che sia l' Ulivella, si legano le funi alla maniglia di detta Ulivella per portare in alto, e collocare al suo sito la pietra, la quale per assicurarsi, che non cada per qualunque sfaldatura, si lega con un altra fune, raccomandata alla stessa maniglia, e questa fune si leva prima di posare la pietra nel suo luogo.

35, Misura del palmo Romano, o d'Architetto, o di Passetto, secondo che sta segnato in Campidoglio per pubblica utilità. Si divide in once dodici: l'oncia si stende per la grossezza di un dito, o pure di quattro grani d'orzo, e si divide in cinque minuti; sicche il palmo si divide in sessanta parti, dette minuti. Palmi tre fanno il Passetto: dieci la Canna: cinquantasette, e mezzo la Catena, che serve per misurare le distanze, ed i Terreni. Catene 116 per lungo (che sommano palmi 6670) fanno un miglio, e Catene 112 riquadrate (che ne sommano 37030 riquadrati) fanno un rubbio di superficie, e 16 Catene parimente riquadrate (che sommano palmi riquadrati 5290) la superficie di una Pezza.

Il Piede Romano antico viene costituito da sedici di dette once: cinque di tali piedi fanno un passo Geometrico, e 1000 passi un miglio Italiano (che sono palmi 6666, e once otto). Questo miglio è più corto palmi tre, e once quatro dell' altro miglio a Catena. Tal miglio si misura ancora con mille passi, che naturalmente camminando fa un Uomo, ed è quello spazio, che fa col portare avanti il piede di dietro quando cammina, giacche mille di tali spazj sogliono costituire un miglio.

Per fare, che la misura del palmo, segnata nella carta, corrisponda alla delineata in Campidoglio, si è usata l' attenzione di farla intagliare nel rame, tanto più lunga, quanto questa carta, fatta l'esperienza, si ritira nell' asciuttarsi.

Per averne la misura più esatta, si lega una palletta di diametro di un pollice di materia solida ad un filo di erba Pita, poco dissimile dall'Aloe, tanto lungo, che accomodato a guisa di pendolo faccia in ciaschedun secondo di minuto d'ora una vibrazione, o vero in un ora 3600 vibrazioni, e si piglia diligentemente la misura dal punto dell'attaccatura del filo al centro dell' oscillazione, che è poco lungi dal centro della palletta; tale spazio, o lunghezza conterrà palmi quattro, once cinque, un minuto, e tre quarti di minuto in circa.

Trenta di tali palmi cubi fanno una Carrettata, della qual misura si parlerà nela Tavola XVI.

Sette palmi, poco più, o meno, costituiscono il passo, misura, della quale si servono i Funaj, per misurare le funi, ed i Cacciatori le reti, ed è quello spazio, che un Uomo comprende con allargare quanto può le braccia; è ben vero, che le funi si contrattano a peso, siccome a peso si contrattano altri generi sotto diversi nomi, come di Carrettata, che generalmente si computa di 3000 libbre, o di Cantàro, che è di 250, o di peso, che è di libbre 400, di migliajo di 1000, di centinajo, che è di 100, di decina, che è di 10, e di libbra, che si divide in once dodici, e queste in ventiquattro denari, il denaro in ventiquattro grani, ed il grano in mezzo grano; in oltre, l'oncia si divide in otto dramme, e la dramma in tre scrupoli, e lo scrupolo corrisponde al denaro.

II



Francesco Rostagni delin.

Martino Schede inc.

TABULA II.

USus, & peritia Cannaborum, ac funium plus sanè affert utilitatis, quam cuilibet primo aspectu res perpendenti in mentem venire possit: si quidem ne dum pericula removet, & a magnis, inutilibusque laboribus, verum etiam ab excessivis, & superfluis eximit expensis, ideoque ea, quæ sequuntur, consideranda proponimus.

A Cannabum crassitudinis unciarum trium, ponderisque in singulos passus librarum octo; si fuerit simplex, seu ad unum, ut dicunt, *Filum*, vel cannaborum ordinem, libras 6000. sustinet; si vero duplicatum, sive ad duo *Fila*, 12000. Hoc una cum polispastis utimur. Producitur autem, prout postulaverit necessitas, in longitudinem, quæ plures palmorum centenarios excedat: si quinquaginta, aut sexaginta palmorum fuerit, Capistrum vocari solet, & ad alligandos tum monospastos, tum polispastos inservit.

B Dimidium Cannabi crassitudinis duarum unciarum, ponderisque in singulos passus librarum quinque, tantum sustinet ponderis, quantum proportio Cannabi A exposcit. Hujus verò præcipuus usus est ad ponderum impetus cohibendos, ac moderandos, & pondera ipsa polispastis instruenda.

C Funis crassitudinis unius unciæ, & minutorum quatuor, cujus singuli passus pondus habent librarum quatuor. Hoc utimur ad trabes ope Cylindri, seu Tympani, aliaque pondera cum polispastis excitanda.

D Funis in usum axis in peritrochio, cujus crassitudo unciæ unius, & minutorum duorum, pondus verò in singulos passus librarum 3.

E Funis manu adhibendus crassitudinis unciæ unius, ponderisque in singulos passus unius libræ: hujus usus in alligandis, colligandisque, quæ manu demittenda, aut excitanda sint.

F Funis ad minora Capistra, Italicè *Cavezzuoli*, nectenda idoneus, crassitudinis minutorum 4, ponderis unciarum 7 in singulos passus, non solum lignis in pontium usum ligandis inservit, verum etiam *Filis*, seu Cannaborum ordinibus, qui per polispastos transducuntur, ne, laxatâ ergatâ, elabantur.

G Funis crassitudinis minutorum 3, ponderisque in singulos passus unciarum 4, quo Cannaborum ordines, funes, & quæ, post nodum supersint, capita ligantur, ne dissolvi possint.

H Demonstratio, aut explicatio conjungendi Cannaba, seu funes disruptos, aut ex duobus unum conficere. Superimpositis duobus capitibus juxta longitudinem, quam conjunctio ipsa expostulat, ut ab I ad M, ab altero ex duobus capitibus unus ex quatuor illis funiculis evolvitur, qui illud componunt, revolviturque in aliud Cannabum, dum pariter ab hoc funiculus respondens evolvitur, illisque ad proprium terminum perductis, simulque congruentibus, ut in I, funiculus funiculo advolvitur, ut in K, dein transducti rursus nectuntur, ut in L, & stringuntur, abscisso eorum residuo, ut in M. His completis cum uno funiculo in I, idem fit in cæteris funiculis K, L, M, hocque modo perficitur conjunctio, quæ ope ergatæ attracta, atque constricta adeo complanatur, ut parum conjunctio ipsa innotescat.

N Modus texendi, acuendique Cannabi caput, ne divolvatur, sicque facilè per polispastos transmittatur. Ligatur Cannabum funiculo ad distantiam unius palmi ab ejus extremo, funiculi exteriores Cannabi usque ad dictam conjunctionem extrahuntur, supraque ipsam revolvuntur Cannabum versus; interiores verò aliquantulum inæquales abscinduntur: iidemque exteriores funiculi rursus, alternatimque uniuntur, liganturque funiculo, iterumque versus Cannabum volvuntur, ut alia exteriorum funiculorum medietas, non secus, ac præcedens, simul uniatur, ac colligetur: atque hujusmodi colligationum genere modo in his, modo in aliis funiculis continuato Cannabi acumen contexitur.

O Acumen Cannabi contextum.

Colligationes, Nodi, Nodique laxi.

P Prima funis revolutio: Q, Instar fasciæ: R, instar Campanæ: S, instar fasciæ duplicis: T, instar Catenulæ: V, Colligatio nodum habens instar globuli, quâ Cannabum cum alio jam ducto colligatur: X, Colligatio funis ligatorii, partim instar fasciæ, partim instar catenulæ fieri solet: Y, colligatio ope ligni intermedii.

1, Nodus Textoris: 2, Nodus reduplicatus: 3, Nodus Capistri: 4, Nodus instar forficis, seu Nodus vomeris: 5 Nodus instar forficis intra anulum: 6, Nodus planus: 7, Nodus fabri cæmentarii: 8, Nodus retis: 9, Nodus Retis, seu ad usum Bubulci: 10, Nodus ad usum Bubulci reduplicatus: 11, Nodus imperfectus: 12, Nodus in formam globuli: 13, Nodus, & Nodus laxus Nautæ, seu Portitoris: 14, Nodus laxus, & simplex: 15, Nodus laxus, & falsus: 16, Nodus laxus, & falsus diversi generis: 17, Nodus laxus, & labilis, noduque sectoris: 18, Nodus laxus cum nodo complanato: 19 Nodus ad usum Bubulci.

20, Colligatio cum nodo sectoris: 21, Colligatio cum nodo instar globuli, & cum capite, quod supereſt, colligato: 22, Colligatio instar forficis, quâ ope plurium funium trahimus.

23, Pondus, quod ope funis excitatur: 24, ferramentum eidem ponderi aptatum: 25, funium convolutio ad retinendum composita, si fortè petra circa ferramentum rumperetur: 26, fragmenta lignea ad coronidem a quacumque ejusdem convolutionis læsione protegendam: 27, Polispastus inferior: 28, Polispastus superior: 29, Caput Cannabi fixum, atque immobile: 30, caput Cannabi tractorium.

31, *Capra* clausa, seu compages trium lignorum instar pyramidis consistentium: 32, Ligna *Capræ*: 33, Cauda *Capræ*: 34, Crux *Capræ*: 35, Colligatio *Capræ* instar fasciæ, atque instar catenulæ: 36, Cornua *Capræ*: 37, fragmen ligneum *Capræ* superius lignum adæquans: 38, Crux, quæ supra d. ligneum fragmen complanatur, retinetque polispastorum colligationes, ne inter *Capræ* ligna relabantur: 39, Colligatio caudæ cum Caprâ instar catenulæ: 40, Colligatio a pede caudæ ad *Capræ* pedem.

41, Statua armata, suisque convoluta funibus in Ædiculâ, alioque loco collocanda: 42, Colligatio superioris polispasti, cruce haud altior, ne pedes *Capræ* moveat: 43, Caput Cannabi fixum, atque immobile Cruci *Capræ* firmatur, & per ejus cornua ducitur, manubrioque polispasti alligatur: 44, Trochlea, *Campanæ* instar, ad pedem ligni ipsius *Capræ* alligata, rectâque loco, unde Cannabum ducitur, respondens, ne Cannabum circa illius maxillas, seu repagula affricetur: idem vero pes apertâ foveâ humi figitur, aut supra humum funibus, sive fulcris, nè vis tractoria Cannabi *Capram* convellat: 45, funis tensus, qui *Capram* sistit, ac retinet: 46, tractorium Cannabum innodatum, ut ab ergatâ juxta necessitatem laxetur.

47, Funium convolutio: ad hanc componendam unum, aut plura adhibentur majora Capistra eo, qui sequitur, modo dispositа, atque aptata. Majus Capistrum duobus, pluribusque ordinibus duplicatur metaxæ instar, dein in ejus capitibus nodus quidam fit in globuli formam, eadem vero capita nectuntur, & colligantur. Capistrum majus sic reduplicatum per polispasti manubria ita transmittitur, ut componat veluti duos stapedes, qui statuæ aptantur, lorisque ibidem alligantur, atque adstringuntur, hinc inde circunducti ad instar catenulæ ita, ut stapedes moveri nequeant. Si una tantum trochlea mobilis sufficiat, duo majora Capistra manubrio polispasti apponuntur; si vero plures necessariæ sint, singula singulis polispastis accommodantur; quod si majoris cautionis gratia aliud etiam Cannaborum munimen adhiberi velit, majus ejus Capistrum subter statuam ducitur, solviturque illicò antequam statua suo loco collocetur.

48, Lorum, quod fune valido, ac cedenti componitur: 49, Lorum pro secundo majori Capistro: 50, Lorum, quod omnes funium involucri ordines simul unit: 51, Fragmenta lignea ad statuæ tutamen aptata iis in locis, quibus a funibus offendi posset: 52, Asser transversus, qui Cannaborum involucris alligatur, ne Cannaba ipsam statuam contingant: 53, Antenna, seu columna, cujus crassitudo duabus, quatuor, pluribusque trabibus componitur, quæ, ut ad eam, quæ requiritur, altitudinem ascendat, trabibus etiam in longum dispositis, efformatur, quarum una ita supra alteram collocatur, ut hæc alterius, quæ proximè jungitur, medietatem contingat: 54 Trabs, alta usque ad medietatem 55: Trabs 55, alta usque ad medietatem 56: Trabs 56, erigitur non secus, ac aliæ eadem servatâ pro portione ad totam columnæ altitudinem: 57, Stapedes ferrei, quorum ope trabes constringuntur, immissis etiam ope mallei, si opus fuerit, quibusdam cuneis, stapedes inter & trabes, quæ loco stapedum funibus etiam uniuntur, seu lignis transversis benè infixis.

58, Stapes ferreus ad retinendum truncum, seu lignum: 59, Truncus, seu lignum horizontaliter prominens: 60, dicti Trunci fulcrum.

61, Anulus unum funis caput retinens, cui idem caput alligatur: 62, Vis, seu manus aliud ejusdem funis caput retinens: 63, Pondus, quod anulum inter, & manum bipartitur; ut hoc spatio unius cannæ ope dictæ manus elevetur, duas funis cannas adduci necesse est: 64, Trochlea, seu monospastus, cui pondus appenditur: 65, Trochlea, quæ prædictæ manui inservit, ut deorsum agendo pondus extollat: 66, Funis Cannabo instar forficis alligatus, qui majus pluribus adhibitis hominibus commodum præstat.

TAVOLA II.

IL ſervirſi con perizia, ed intelligenza de' Canapi, e delle Funi è coſa più importante di quello, che a prima viſta appariſca, giacche preſerva da' pericoli, eſime da fatiche inutili, e libera da ſpeſe ſuperflue, e per ciò ſe ne danno le notizie ſeguenti.

A Canapo groſſo once tre, peſa ogni paſſo libbre otto: ſe ſia ſemplice, o ad un ſol filo, ſoſtiene libbre 6000, ſe raddoppiato, o a due fili, 12000; ſi adopera colle taglie, ſi fa lungo quanto richiede il biſogno, anche di più centinaja di palmi. Se ſia di cinquanta, o ſeſſanta palmi ſi chiama Cavezzone, e ſerve per legar Taglie, Polee &c.

B Mezzo Canapo groſſo once due, peſa ogni paſſo libbre cinque; ſoſtiene di peſo a proporzione del Canapo A. Serve, quando ſiavi biſogno, di tiro di riſerva, di rinforzo, di ritegno, o ritiro, e per armare il peſo, o lavoro colle Polee.

C Zaganella, fune groſsa oncia una, e minuti quattro, peſa ogni paſſo libbre quattro, ſerve per Ventolone, per tirare in alto Travi col Verrocchio, ed altri peſi con Taglie.

D Fune da Burbera, groſſa un oncia, e minuti due, peſa ogni paſſo libbre tre.

E Fune da mano, groſſa un oncia, peſa ogni paſſo una libbra, ſerve per centurini, e altre legature, e per alzare, e calare a mano molte coſe.

F Fune da cavezzuoli, groſſa minuti quattro, peſa ogni paſſo once ſette, ſerve per legare i legni de' Ponti, per aſſordire, o legare i fili de' Canapi, che paſſano per le Taglie, acciocchè non ſcorrano, quando s' allenta l'Argano.

G Sorditore, fune groſſa minuti tre, peſa ogni paſſo once 4, ſerve per legare, ed aſſordire i fili de' Canapi, e delle funi, ed i capi, che avanzano dopo fatto il nodo, acciochè non ſi ſciolgano.

H Dimoſtrazione d' anneſtare i Canapi, o funi ſtrappate, o di due farne una. Soprappoſti i due capi alla lunghezza, che ſi richiede per l'anneſtatura, come da I ad M, ſi ſvolge da uno de' due capi uno de' quattro funicoli, che lo compongono, e ſi rivolge nell' altro Canapo nell'atto, che da queſto ſteſſo ſi ſvolge il filo corriſpondente, e giunti al ſuo termine, e combaciando come in I, ſi avvolge un filo coll' altro, come in K, e ſi paſſano i fili, e ſi rintrecciano, come in L, e ſi ſtringono, e ſi taglia tutto ciò, che avanza de' fili, come in M. Fatte queſte operazioni con un filo in I, lo ſteſſo ſi fa negli altri reſpettivi fili K, L, M, e con ciò reſta compita l'anneſtatura, la quale ſtirata, e ſtretta a queſt' effetto colla forza dell'Argano, reſta tanto ſpianata, che poco ſi riconoſce l' anneſtatura.

N Modo di teſsere, ed appuntare il capo del Canapo, acciocchè non ſi guaſti, e paſſi con facilità per le Taglie. Si lega il Canapo collo ſpago alla diſtanza di un palmo dalla ſua eſtremità, ſi tirano fuora i funicoli eſteriori del Canapo ſino a detta legatura, ſi rivoltano ſopra di eſsa verſo il Canapo, e gl' interiori ſi tagliano alquanto diſuguali, e ſi riuniſcono, un sì ed un nò, i detti funiculi eſteriori, e ſi legano collo ſpago, e ſi rivoltano di nuovo verſo il Canapo, per poter unire, e legare inſieme l'altra metà de' funicoli eſteriori, come ſi è fatto della precedente: e continuandoſi di fare a vicenda tali legature, ora degli uni, ed ora degli altri funicoli, viene a teſſerſi, ed a farſi la punta al Canapo.

O Punta di Canapo teſsuta.

Legature, Nodi, e Cappj.

P Volta morta: Q Legatura a faſcia: R Legatura a campana: S Legatura a faſcia doppia: T Legatura a catenella: V Legatura con nodo a boccia di un Canapo coll' altro, che ſia in forza: X Legatura del Sorditore, che ſi fa parte a faſcia, e parte a catenella: Y Legatura a Tortore.

1 Nodo del Teſſitore, o dell' Uccellino: 2 Nodo raddoppiato: 3 Nodo della Cavezza: 4 Nodo a forbice, o del Vomere: 5 Nodo a forbice in Anello: 6 Nodo piano: 7 Nodo del Muratore: 8 Nodo della Rete: 9 Nodo alla Bufolara, o della Rete: 10 Nodo alla Bufolara raddoppiato: 11 Nodo imperfetto: 12 Nodo a boccia: 13 Nodo, e cappio del Barcajuolo: 14 Cappio ſemplice: 15 Cappio falſo: 16 Cappio falſo in altro modo: 17 Cappio ſcorſojo, e nodo del Segatore: 18 Cappio col nodo piano: 19 Cappio col nodo alla Bufolara.

20 Legatura col nodo del Segatore: 21 Legatura col nodo a boccia col capo, che avanza, aſsordito: 22 Legatura a forbice per tirare con più funi.

23 Peſo, che ſi alza con fune Zaganella: 24 Ulivella in opera in detto peſo: 25 Imbraca per ritegno, in caſo di ſfaldatura di pietra intorno all' Ulivella: 26 Zeppe, o Toppi per ſalvare la cornice da ogni offeſa dell' imbraca: 27 Taglia inferiore: 28 Taglia ſuperiore: 29 Capo morto: 30 Capo del Tiro, o del Tirante.

31 Capra ſerrata: 32 Legni della Capra: 33 Coda della Capra: 34 Croce della Capra: 35 Legatura della Capra a faſcia, ed a Catenella: 36 Corna della Capra: 37 Cuſcino, che pareggia il legno ſuperiore della Capra: 38 Croce, che ſpiana ſopra al Cuſcino, e ritiene le legature delle Taglie, acciocchè non cadano tra i legni della Capra: 39 Legatura a catenella della coda alla Capra: 40 Legatura dal piede della coda al piede della Capra.

41 Statua armata, ed imbracata per collocarſi in nicchia, o altro luogo: 42 Legatura della Taglia ſuperiore non più alta della Croce, acciocchè non ſi muova la Capra: 43 Capo morto, ſi lega alla Croce della Capra, ſi fa paſsare dalle di lei corna, e ſi aſsordiſce alla maniglia della Taglia: 44 Polea legata a Campana in un piede del legno della Capra a linea del tiro, acciocchè il Canapo non ſi arroti alle di lei ganaſce: il detto piede ſi ferma con buca in terra, o ſopra terra con funi, o puntelli, acciocche la forza del tiro non sforzi la Capra: 45 Ventola, e Ventolone, che tiene a freno la Capra: 46 Tirante annodato per islentarlo dall'Argano in caſo di biſogno.

47 Imbraca; per farla ſi richiedono uno, o più cavezzoni accomodati nella ſeguente maniera. Si raddoppia il cavezzone a più fili come una mataſsa, ſi fa nei capi di eſso il nodo a boccia, ed i medeſimi capi s' intrecciano, e ſi aſsordiſcono, ed il Cavezzone così raddoppiato ſi paſsa per le maniglie della Taglia in maniera, che venga a fare come due ſtaffe, le quali ſi addattano alla Statua, vi ſi legano, e ſtringono con centurini, paſſandoli, e ripaſſandoli a catenella in modo, che le ſtaffe non ſi muovano. Quando baſta un ſol tiro, ſi mettono due Cavezzoni alla maniglia della ſola Taglia: ſe biſogneranno due, o più tiri, ſe ne mette uno per Taglia, e biſognando il tiro di ritiro, o di rinforzo, ſi fa paſsare il ſuo Cavezzone ſotto la Statua, il quale ſi ſcioglie nel punto di poſarla nel ſuo ſito.

48 Centurino, che ſi fa di Fune forte, ed arrendevole: 49 Centurino pel ſecondo Cavezzone: 50 Centurino, che tiene unite tutte le fila dell' imbrache: 51 Toppi, Zeppe, o pezzi di legno attaccati, e legati per difeſa della Statua, ne' luoghi, dove poteſſe eſſere danneggiata dalle funi: 52 Traverſa, che ſi lega nelle imbrache per tenerle diſcoſte dalla Statua: 53 Antenna, o Colonna di due, quattro, o più travi di groſſezza, e che per farla all' altezza, che biſogna, ſi compone di più travi, anche per lungo, poſte l'una ſopra l'altra, con che giunga l' una circa alla metà dell' altra, che le ſta appreſſo: 54 Trave alta ſino alla metà della 55: Trave 55 alta ſino alla metà della 56: Trave 56 ſi alza, ſiccome tutte le altre ſi alzano, colla medeſima proporzione a tutta l' altezza della Colonna: 57 Staffe di ferro, che tengono ſtrettamente unite le Travi, e per tenerle più ſtrettamente unite poſſono metterſi tra le Staffe, e le Travi le zeppe a forza. Si tengono unite le dette Travi anche a forza di funi, o di traverſe di legno ben inchiodate.

58 Staffa di ferro per tenere il Falcone: 59 Falcone: 60 Saettone, o Puntello del Falcone.

61 Anello, che tiene un capo della fune, ed a cui è legato lo ſteſſo capo: 62 Forza, o mano, che tiene l' altro capo della medeſima fune: 63 Peſo, che viene diviſo per metà tra l'Anello, e la Forza, e che per alzarlo una canna colla detta Forza, conviene tirare due canne di fune: 64 Girella, o Polea, alla quale è attaccato il peſo: 65 Girella, o Polea, che ſerve alla forza di tirare all' in giù il peſo in alto: 66 Fune legata a forbice al Canapo per tirare con più Uomini, e con maggior comodo.



III



Francesco Rostagni delin. ed inc.

9

IV



Francesco Rostagni delin. ed inc.



Francesco Rostagni delin.

Martino Schede inc.

TABULA III.

INventio addendi trabes, duabus, vel pluribus simul conjunctis, maximum sanè commodum affert, atque utilitatem, præsertim ad longos contrabeationum tractus compaginandos, aut tectorum contignationes struendas: ut autem benè, ac facilè hujusmodi conjunctio fiat, modulum, aut lineas adhibere oportet.

A Modulus pro delineatione ejus, quod e trabibus cædendum est.

B Lineæ, quæ, modulo deficiente, in æqualem ducuntur distantiam, longitudinem, & declinationem ad inciſuras, & inſertiones æqualiter notandas, nec non quidquid cædendum, ſecandumque ſit delineandum.

C Lignum cædendum.

D Acumina capitum, ſeu extremorum trabium.

E Inſertiones, ſeu inciſuræ, in quibus extremorum acumina congruant.

F Inciſura intermedia, cui inhæret, & ubi vim ſuam cuneus exercet.

G Trabes complanatæ, exacteque per lineam rectam junctæ ad acumina cum inſertionibus æquanda.

H Cunei, qui colligationes ope mallei conſtringunt.

I Clavis, ſeu Cuneus inter trabium inciſuram poſitus, quo acumina propriis applicantur inſertionibus, quæ deindè ſerrâ æquantur, ut undequaque benè congruant.

K Serra, quæ, dum inſertionem inter, & acumen pertranſit, eaſdem inſertiones undique æquat ita, ut cuneo ope clavæ compreſſo congruant, quod idem pluries ſerrâ adhibitâ fieri oportet, donec inſertio, & acumen benè, perfectèque utrinque congruant: deindè inſertiones expoliuntur, trabeſque cuneo conſtringuntur, claviſque hinc inde perforantur: atque hoc modo conjunctæ idem omninò præſtant, ac ſi integræ forent.

L Alia conjunctio, cujus tamen infrequens uſus eſt.

M Conjunctio lignorum erectorum cum acuminibus, & inſertionibus clavorum, clavulorumque ope firmata.

N Conjunctio inſtar calami prominens, interius in craſſiori ſui parte concava, in ſubtiliori autem convexa.

O Conjunctio inſtar forficis.

P Conjunctio per gradus.

Q Conjunctio plana unius cum alio capite undique trabeculis, quæ infixæ clavulis muniuntur, ſtapedibuſque ferreis firmata.

R Conjunctio duorum lignorum abſque inſertione unà cum Mutulo infrapoſito, & ſtapede ferreo.

S Conjunctio duarum trabium in earum medio hinc inde congruentium.

T Trabs erecta uno tantum trunco, ſeu auriculâ, ope ſtapedis, & clavuli in pontium uſum communita.

V Trabs erecta, ut ſupra, duos habens hinc inde truncos.

X Trabs erecta, ut ſupra, pluribus inſtructa Mutulis.

Quodcumque lignum erectum cujuslibet craſſitudinis ſit, *Candela* nuncupatur.

Ligna in ædificiorum uſum à longitudine, præſertim vero a craſſitudine, nomen accipiunt: in Trabibus autem craſſitudinis menſura in diſtantia 10 palmorum ab imo, in brevioribus lignis ab eorum medio deſumitur.

Tabulæ pro ſolariis craſſitudinem continent unciarum $1\frac{1}{2}$, longitudinem palmorum 9: Regulæ craſſitudinis ſunt unciæ unius, longæ palmis 9, latæ non minus unciis 4.

Trabeculæ pro tectis conſtruendis craſſitudinis ſunt unciarum 3, latitudinis 6, longitudinis palmorum 12, aliæ vero palmorum 15.

Pali, inſtar Trabecularum, craſſitudinis unciarum 3, pluriumque longitudinum, quæ parum ædificiis inſerviunt.

Trabeculæ, ſeu dimidiæ Trabeculæ, craſſitudinis unciarum 3, uſque ad 4, longæ palmis 13, uſque ad 16: Trabeculæ craſſitudinis unciarum 5, uſque ad 6, longæ ut ſupra.

Ligna ſubgrundam ſuſtentantia craſſitudinis unciarum 6, longitudinis palmorum 15, in 18.

Trabeculæ magis concinnatæ craſſitudinis, ut ſupra, longæ palmis 20, uſque ad 22; eædem Trabeculæ ſciſſæ dicuntur, ſi ſecundum longitudinem ſecentur.

Trabeculæ majores ejuſdem generis, craſſitudinis unciarum 7, uſque ad 8, longitudinis palmorum 24,

Trabeculæ majores craſſitudinis unciarum 8, uſque ad 10, longæ palmis 25, uſque ad 28.

Columellæ craſſitudinis unciarum 9, uſque ad 10, longæ palmis 13, uſque ad 14: Columnæ craſſitudinis unciarum 10, uſque ad 12, & longæ ut ſupra.

Trabes, Italicè *Carrarecce*, ſeu trabes iis, quæ vulgo adhiberi ſolent ſubtiliores, longæ non minus 30 palmis, craſſæ ab unciis 10, uſque ad 12: hæ, ſi 10 uncias excedant, corroboratæ vocantur.

Trabes, Italicè *Arcarecce*, longæ non minus 35 palmis, craſſæ ab unciis 12, uſque ad 15: ſi 12 uncias excedant corroboratæ vocantur.

Trabes, Italicè *Legnotti*, longæ non minus 40 palmis, craſſæ ab unciis 15, uſque ad 18; ſi vero 15 excedant corroboratæ nuncupantur.

Trabes, Italicè *Cordicelle*, longæ non minus 45 palmis, craſſæ ab unciis 18, uſque ad 28; ſi 18 excedant corroboratæ dicuntur.

Trabes, Italicæ *Corde*, longæ non minus 10 palmis, craſſæ unciis 24; ſi 24 excedant corroboratæ appellantur. Trabes longæ non minus 50 palmis, craſſitudinis unciarum 24; ſi majoris fuerint craſſitudinis trabes corroboratæ dicuntur.

Ligna aliorum generum.

Lignum, quo in operibus utimur, ſive ex Populo, Ulmo, aut Pinu illud ſit, in varios ſcinditur truncos, qui in majores ſecantur tabulas, quarum craſſitudo non minor ſemipalmo, longitudo non minor 12 palmis. Majores tabulæ, quæ in medio fiunt, apud Italos *Mezzarecce* vocantur: duæ, quæ a lateribus *Aſciatoni*; ſi palmis 12 ſint breviores dicuntur *Mezzette*: omne vero lignum, quod palmo anguſtius *Marmaglia*; quod ſi rotundum fuerit apodes, ſi ſectum vagina nuncupatur.

Lignum rotundum ex Ulmo, ad uſum Temonum, dicitur Furcula; quod vero pro modiolis, axibuſque componendis inſervit, ab his eiſdem rebus nomen ſortitur.

Tabulæ majores ex Nuce, Pyro, Sorbo &c. eamdem, ac aliæ, craſſitudinem continent, quamvis certas non habeant longitudines.

TABULA IV.

MOdulus pro trabium conjunctione, quem præcedenti Tabulâ repræſentavimus, neceſſarius pariter eſt pro acuminibus, dentibus, & inſertionibus, quæ in tectorum armaturis adhibentur. Hæ ſiquidem, armaturæ præter quam quod ex puro, durabili, validoque ligno componi debent, operæ pretium eſt, ut benè committantur, ſimulque uniantur, & adamuſſim acuminibus, dentibus, inciſuriſque inſerantur, clavis, clavuliſque, atque ſtapedibus muniantur. Ob id delineandæ prius ſunt, aut humi, aut in pariete eâ formâ, quâ conſtrui, componique debent, & ab ejuſmodi delineatione menſura, moduluſque deduci.

A Trabs armata, ſeu contignatio, quæ in uſu communi eſſe ſolet.

B *Corda*, ſeu lignum horizontaliter poſitum: C *Femur*, ſeu lignum ſupra *Cordam* inclinatum: D Columella: E Stapes Columellæ infixus, clavuloque munitus: F Stapes, qui *Cordam*, ſeu lignum horizontaliter poſitum, amplectitur, ac ſuſtinet: G Fulcra, quæ contra Columellam nitentia illam ſuo loco ſiſtunt: H Calopodia femori infixa, quibus fulcra inſeruntur: I Dentes, Inciſuræ & Inſertiones *Femoris* una cum *Cordâ*.

K Dentes, Inciſuræ, & Inſertiones *Femoris* cum Columella.

L Contignatio tribus Columellis inſtructa, in quâ etiam *Femora* ex duobus lignis conjungi poſſunt.

M Contignatio tecti antiquæ Baſilicæ S. Petri.

N Contignatio, ſeu Contrabeatio, quæ in conſtruendo fornice S. Petri fuit adhibita: O, Contignatio cum quinque Columellis, quæ Tabulâ V. repræſentatur.

TABULA V.

POliſpaſti ſummoperè promovent, tutanturque maximorum etiam ponderum motum, ſive in illis extollendis, ſive tranſportandis. Ut plurimum duo ſaltem ex his adhiberi ſolent: qui ſuperius alligati ſunt, ponderi excitando inſerviunt, ii vero, qui ponderi alligantur, idem pondus quamvis unicum, in tot partes dividunt, quot funium, qui per eos tranſeunt, ordines reperiuntur. Rotulæ funium curſum promovent, omnia verò ſimul hoc præſtant, ut paulatim vis illa exerceatur, quæ ſtatim exerceri debuiſſet, ſi pondus indiviſum fuiſſet excitandum.

Poliſpaſtorum capſæ tum ex ferro, tum ex ligno componuntur: Rotulæ vero tum ex ære, tum ex ligno: Manubria, ſtapedes, axes ex ferro; quæ vero in hac tabulâ exhibentur, una cum ſcalâ delineantur.

Poliſpaſti, qui magis in uſu ſunt, duabus rotulis ex ære conflatis in uno axe inſtruuntur, validi quidem, ſed haud nimis graves ſunt, nec magni, reliquum vero, tum etiam axis, ex ferro componitur. Rotulæ autem per coſtam excavantur abſque labris, ne illorum acies, ſeu anguli funes corrumpant, aut affricent. Præterea in centro, atque extremitate planæ ſunt, in medio verò excavatæ, ut ſimul abſque ullo obſtaculo in gyrum duci valeant. Iiſdem vero poliſpaſtis aptantur clavuli apponendi quidem, removendique, ut rotulæ extrahi poſſint, cumque ipſis funes etiam facilè educi poſſint.

TAVOLA III.

L'Invenzione di aggiuntar Travi con inneſtarne due, e più inſieme è molto utile, e di gran comodo per più uſi, e ſpecialmente per far lunghe corde di Travi armate, ed incavallature di tetti. Per ſegnar bene, e con facilità tale anneſtatura convien ſervirſi, o del Modine, o delle linee.

A Modine per contornare ciò, che va tagliato delle Travi.

B Linee, che in mancanza del Modine ſi tirano in egual diſtanza, lunghezza, e declinazione per ſegnare ugualmente le intacche, e gl'incaſtri, e per contornare ciò, che va tagliato.

C Legno da tagliarſi.

D Ugnatura delle punte delle Travi.

E Incaſtri per farvi combaciare le punte delle ugnature.

F Intacca di mezzo, in cui appunta, e fa forza la Zeppa.

G Travi ſpianate, e bene unite a linea retta per uguagliare le ugnature agl'incaſtri.

H Zeppe, che ſtringono le legature a forza di martello.

I Chiave, o Zeppa tra l'intacca delle Travi, per far entrare, e tenere le ugnature negl' incaſtri, e poi uguagliarli colla ſega, acciochè bene combacino da per tutto.

K Sega, che col paſſare tra l'incaſtro, e l'ugnatura, gli uguaglia da per tutto in maniera, che forzandoſi con mazza la zeppa combacino; e ſi replica la ſteſſa operazione colla ſega ſin a tanto, che l' incaſtro, e l' ugnatura non combacino perfettamente da una parte, e l'altra: ſucceſſivamente ſi puliſcono gl' incaſtri, e ſi ſtringono con zeppa le travi, ſi trapaſſano co' chiodi da una parte all'altra, ed in tal guiſa anneſtate fanno lo ſteſſo effetto, come ſe foſſero di un ſol pezzo.

L Anneſtatura meno uſuale.

M Anneſtatura di legni in piedi con ugnature, ed incaſtri fermata co' chiodi, e colle cavicchie.

N Anneſtatura a penna con riſalto nel mezzo, ed al di dentro concava nel groſſo, e conveſſa nel ſottile.

O Anneſtatura a forbice.

P Anneſtatura a riſalti.

Q Anneſtatura a teſta a teſta fermata da tutte le parti con travicelli incavicchiati, ed inchiodati, e ſtaffe di ferro.

R Anneſtatura di un legno accoſto all' altro con Gattello ſotto, e ſtaffa di ferro.

S Anneſtatura a mezzo, a mezzo.

T Candela ad un orecchio fermata con cavicchie, e ſtaffe per uſo de' ponti.

V Candela, come ſopra, a due orecchie.

X Candela, come ſopra, a più Gatelli.

Ogni legno in piedi di qualunque groſſezza ſi dice Candela.

Dalla lunghezza, e principalmente dalla groſſezza i legnami per le fabbriche pigliano il loro ſpecial nome: la miſura della groſſezza delle travi ſi piglia in diſtanza di dieci palmi dal pedone, e de' legni corti dal loro mezzo.

Le Tavole per li ſolari, ſono groſſe once una, e mezza, lunghe palmi 9, e di più larghezze: i regoli groſſi oncia una, lunghi palmi 9, larghi non meno d' once 4.

Le piane per li tetti groſſe once 3, larghe 6, lunghe palmi 12, altre palmi 15.

Limoncelli, groſſi once 3, di più lunghezze, ma poco ſervono per le fabbriche.

Travicelletti, o mezzi Travicelli, groſſi once 3, in 4, lunghi palmi 13, in 16.; Travicelli groſſi once 5, in 6, lunghi come ſopra.

Palombelle per le gronde de' tetti, groſſe once 6, lunghe palmi 15, in 18.

Filagne, groſſe come ſopra, lunghe palmi 20, in 22. Filagne ſpaccate, ſe ſono ſegate per lungo.

Filagnoni, groſſi once 7, in 8, lunghi palmi 24.

Travicelloni, groſſi once 8, in 10, lunghi palmi 25, in 28.

Colonnelle, groſſe once 9, in 10, e lunghe palmi 13, in 14.

Colonne, groſſe once 10, in 12, e lunghe come ſopra.

Carrarecce, o travi; le più ſottili, che ſi mettono in opera, non meno lunghe di 30 palmi, groſſe once 10, ſino a 12; ſe più di 10, ſi chiamano Carrarecce rinforzate.

Arcarecce, non meno lunghe di 35 palmi, groſſe once 12, fino a 15; ſe più di 12, ſi chiamano Arcarecce rinforzate.

Legnotti, non meno lunghi di 40 palmi, groſſi once 15, fino a 18; ſe più di 15, ſi chiamano Legnotti rinforzati.

Cordicelle, non meno lunghe di 45 palmi, groſſe 18 once, fino a 24; ſe più di 18, ſi chiamano Cordicelle rinforzate.

Corde non meno lunghe di 50 palmi, groſſe once 24; ſe più, Corde rinforzate ſi appellano.

Legnami d' altre ſorti.

I Aliæ tranſverſæ majores trabes tertium, & quartum pontem ſuſtentantes, iiſdemque *Candelis* clavulorum ope firmatæ.
K Clavuli, qui interiorem majorum tranſverſarum trabium partem *Candelis* firmant.
L Fulcra tranſverſarum majorum trabium exteriorem partem ſuſtentantia.
M Antifulcrum ſupra antifulcra F, ad muniendas, fulciendaſque tranſverſas majores trabes.
N *Candelæ* interiores clavulorum ope tranſverſis majoribus trabibus firmatæ in earum, quas in pedibus habent inciſuris; a capite verò ferreis ſtapedibus muratis firmatæ.
O Ferrei ſtapedes, qui dd. *Candelas* ſiſtunt.
P *Candelæ* exteriores clavulis, & inciſuris in tranſverſis majoribus trabibus I, ad pedes firmatæ; ad caput verò in aliâ tranſverſa majori tabulâ pariter firmatæ cum clavulis, & inciſuris.
Q Tranſverſæ majores trabes ſuperioris pontis cum clavulis dd. duabus *Candelis* firmatæ.
R Fulcra ab unâ parte cum inciſuris, & clavulis tranſverſæ majori trabi I, firmata, ab aliâ parte tranſverſæ majori trabi Q.
S Pons ſuperior.
T Dicti pontis repagulum.

TABULA XXVI.

POns ad ornamenta magni Tholi S. Petri reficienda, non ſolum modo quodam extraordinario, atque ingenioſo ſubſtruitur, verum etiam ſitui, ac loci opportunitatibus aptatur: nullæ in eo trabes, nulla fulcra, aliæve *Candelæ*, quam in lanternulâ, ſolumque tranſverſæ majores trabes reperiuntur, quæ in interiori parte cardinibus, ſeu uncis ſuſtinentur, qui parieti omnibus ornamentis illæſis firmantur: in exteriori verò parte ſimplicibus incumbunt ſuſtentaculis, quæ etiam ſuperius cardinibus, aut uncis firmantur, non ſecus, ac prædictæ tranſverſæ majores trabes, quibus dd. ſuſtentacula per ferreos clavulos exterius uniuntur, & alligantur.

Pontis autem plano ſic firmato, atque conſtructo, facilè etiam adhibitâ quadam parvâ ſcalâ ſtatui poſſunt cardines, ſeu unci, qui alteri ſuperioris pontis plano conſtruendo inſerviant, & ſic deinceps, donec gradatim per pontes ad Tholi faſtigium commodè poſſit pertingi.

A Tranſverſæ majores trabes, quæ ab unâ parte uncis parieti infixis firmantur, aliâ ex parte a ſuſtentaculis clavulorum ope in planum ſuſtinentur.
B Suſtentacula, quæ ab unâ parte uncis parieti infixis, aliâ ex parte tranſverſis majoribus trabibus clavulorum ope ad eas ſuſtinendas firmantur.
C Clavuli ſuſtentacula cum tranſverſis majoribus trabibus colligantes.
D Unci parieti infixi, qui poſt completum opus educuntur, parvumque foramen pro eis recipiendis apertum reaptatur.
E Trabes horizontaliter poſitæ, quæ extra lanternulæ feneſtras ad *Candelas* ſuſtinendas protenduntur.
F *Candelæ* duabus inſtructæ auribus ad tranſverſas majores trabes ſuſtinendas.
G *Candelarum* aures.
H Tranſverſæ majores trabes, quæ uncis ab unâ parte, aliâ verò ex parte *Candelis* cum inferiori mutulo clavulorum ope firmantur.
I Mutulus, quo tutius, firmiuſque tranſverſæ majores trabes ſuſtinentur.
K Uncus ad tranſverſam majorem trabem ſuſtinendam.

Pons ad Crucem in Vaticani Obeliſci vertice reficiendam, tanquam præ cæteris, & facilis, & ſimplex, ſed undequaque ſejunctus, & ad maximam pertingens altitudinem, melius utique demonſtravit, quam benè, ingeniosè, facilè, ac tutò in omnibus ſuis operibus NICOLAUS ZABAGLIA circumſtantiis, ac ſitibus utatur. In hoc ſi quidem conſtruendo Obeliſcum ipſum in Columnam mediam deſtinavit, circa quem ſummâ cum facilitate, & peculiari quodam commodo ſcalæ, earumque ſtationes per gyrum apponerentur, quo ad verticem ipſius aſcenderetur, quatuorque trabeculis ſubindè, prout aſſurgit Obeliſcus, textrini inſtar decuſſatis, iiſque per clavulos in cochleæ formam diſpoſitos in ipſis decuſſationibus ſimul colligatis, quodlibet pontis planum efformavit, quod quatuor aliis trabeculis ſuſtinetur, fulcrorum inſtar prope Obeliſcum excitatis, quâ ſubſtructionis formâ in omnibus Pontis planis continuatâ, ad ipſius verticem pertingere potuit; quo circa ſimplicibus uſus trabeculis textrini, aut fulcrorum vicem ſubeuntibus, ac duabus tantum ſcalis adhibitis, ad ultimum pontem, qui in altitudinem 180 palmorum aſſurgebat, facilem paravit aſcenſum.

L Primus pons, ad quem per ſcalam portabilem aſcendebatur.
M Trabeculæ decuſſatæ textrinum efformantes, & fundamentum in pontium planis, ſeu ſcalarum ſtationibus conſtituentes.
N Additamentum ſupra trabeculam tabulas complanans.
O Fulcra propè Obeliſcum trabeculas ſuperioris pontis ſuſtentantia.
P Parva ſcala, per quam ab uno ad alterum planum patet aſcenſus.
Q Pontis planum cæteris majus, validiuſque una cum repagulo, unde Crux reficiebatur.
R Aliud ſimile pontis planum.
S Pons medius.
T Crux reficienda.

TABULA XXVII.

QUamvis pons ad Cathedram S. Petri reficiendam conſtructus parum a cæteris differre videatur, cum in eo exteriores *Candelæ* trabibus horizontaliter ſuprà coronamentum poſitis incumbant, interiores verò ſtapedibus ferreis ſupra Hypertyron firmentur, attamen, ſi attentius inſpiciatur, utique peculiare quoddam, atque extraordinarium inventum deprehenditur: ſi quidem *Candelæ* quibuſdam laminis ferreis, iiſque validis, benèque clavulorum ope munitis in medio colligantur, quæ eædem laminæ enodationem quamdam in tertio, & quinto ponte efformant, quâ ſcilicet removeatur, & remota per quædam fulcra a pariete conſiſtat pars pontis inferior cum omnibus ſuis planis; quod ſanè neceſſarium eſt, cum inferiora ornamenta, plus quam ſuperiora protendantur, hocque modo idem pons ſolis horizontalibus trabibus ad verticem vicinius, & propè parietem, in imo verò remotius, & longè a pariete juxta ornamenta ſuſtinetur.

A Staffe di ferro fermate nella muraglia della Cupola ſopra l'Architrave, che ſoſtengono le Candele.
B Candele a due orecchie dentro le Staffe.
C Tiranti fermati con iſtaffe, e Cavicchie in cima alle Candele di dentro, e di fuori, per ſoſtenere in bilancia i piani dei Ponti.
D Croci fermate con cavicchie, ſopra delle quali croci ſono poſate le traverſe, che reggono le tavole dei Ponti.
E Gattelli per fortezza delle Croci.
F Piani dei Ponti ſoſtenuti dalle Candele ſuperiori.
G Falconi fitti nella muraglia, che poſano ſopra il Cornicione, e tengono ferme le Candele, che poſano parimente nel Cornicione.
H Staffe di ferro, che tengono ferme le Candele, che ſtanno accoſto alla muraglia.
I Puntelli, o Saettoni in differenti poſiture, che aſſicurano le Candele del Cornicione, ed il ſecondo piano del Ponte.

TAVOLA XXV.

CHiunque riguardava dal piano della Chieſa di S. Pietro il Ponte fatto per riſarcire gli ornati della gran Volta della medeſima Chieſa, non poteva arrivar a comprendere la maniera, con cui foſſe coſtrutto, mentre nella Volta non erano ficcate travi, nè altri legni per reggerlo, e pure andava a ſeconda della medeſima, ed i piani ſuperiori del Ponte ſporgevano tanto più in fuori, quanto più ſi accoſtava ciaſcuno al colmo della Volta; talmente che pareva, che ciaſchedun piano, e particolarmente i ſuperiori ſteſſero ſenza ſoſtegno prodigioſamente per aria. Sotto gli occhi poi, come pure in diſegno, dove ſi ſcorge l'ingegnoſa maniera di tenere con iſtaffe di ferro fermate nel muro alcune candele, di ſoſtenere con ſaettoni, e puntelli i Traverſoni, di diſtribuire gli altri legni, di collegarli con cavicchie, riſalti, ed incaſtri, di farli far contraſto, ed equilibrio, ognuno, che ben lo conſideri, può comprendere non meno la facilità, con cui è ſtata meſſa, e può metterſi in pratica, che quanto ingegno, quanta intelligenza, e quanta franchezza di operare ſia biſognato per ritrovarla, e metterla per la prima volta in eſecuzione.

A Falconi fermati nel muro, e poſati ſopra al Cornicione.
B Saettoni per fortezza dei Falconi.
C Candele, che con orecchie ai piedi poſano nei Falconi; quelle, che ſi trovano accoſto al muro, ſono fermate da capo con iſtaffe di ferro.
D Staffe di ferro fermate nel muro, che tengono ferme le Candele.
E Traverſoni fermati alle Candele con cavicchie, i quali reggono le Traverſe, e queſte le Tavole, che formano il piano del Ponte.
F Contrapuntelli per ajuto dei Traverſoni.
G Traverſe per li piani dei Ponti.
H Tavole, che fanno i piani dei Ponti.
I Altri Traverſoni, che reggono il terzo, e quarto Ponte fermati alle medeſime Candele con cavicchie.
K Cavicchie, che fermano alle Candele la parte interiore dei Traverſoni.
L Saettoni, che ſoſtengono la parte eſteriore dei Traverſoni.
M Contrapuntello ſopra i Contrapuntelli F, per fortezza, e ſoſtegno dei Traverſoni.
N Candele interiori fermate con cavicchie ai Traverſoni nelle loro intacche, che hanno ai piedi: da capo poi fermate alle ſtaffe di ferro murate.
O Staffe di ferro, che fermano le dd. Candele.
P Candele eſteriori fermate da piedi con cavicchie, ed intacche nelli Traverſoni I, e da capo in altro Traverſone con cavicchie, ed intacche.
Q Traverſoni del Ponte ſuperiore fermati con cavicchie alle dd. due Candele.
R Saettoni fermati da una parte con intacche, e cavicchie al Traverſone I, e dall'altra al Traverſone Q.
S Ponte ſuperiore.
T Parapetto del detto Ponte.

TAVOLA XXVI.

IL Ponte per accomodare gli ornati della gran Cupola di S. Pietro è di una ſtraordinaria ſtruttura, non meno ingegnoſa, che adattata al ſito, ed alle circoſtanze: non vi ſono travi, nè puntelli, nè Saettoni, nè altre Candele, che nel Lanternino, ma vi ſono ſoli Traverſoni retti, e tenuti nella parte interiore da gangheri, o rampini fermati nella muraglia, ſenza alcun ſuo danno, e ſenza pregiudizio degli ornati, e dalla parte di fuori, ſoſtenuti da ſemplici Tiranti, fermati ancor eſſi più ſuperiormente coi gangheri, o rampini, come i predetti Traverſoni, coi quali ſono dalla parte di fuori uniti, e collegati con cavicchie di ferro.

Fermato, e coſtrutto in tal guiſa il piano del Ponte, ſi ha ancora il comodo di mettere per mezzo di una ſcaletta i gangheri, o rampini per l'altro piano del ponte ſuperiore, e di coſtruirlo, e dal piano di mano in mano coſtrutto far lo ſteſſo per l'altro ſuperiore, ſino alla cima.

A Traverſoni attaccati da una parte alli rampini poſti nella muraglia, e dall'altra parte ſoſtenuti, e tenuti in piano dai Tiranti per mezzo delle cavicchie.
B Tiranti attaccati da una parte a i rampini poſti nella muraglia, e dall'altra fermati ai Traverſoni con cavicchie per ſoſtenerli.
C Cavicchie, che collegano i Tiranti coi Traverſoni.
D Rampini poſti nella muraglia, che ſi levano terminato il lavoro, e ſi accomoda il piccolo foro fatto per eſſi.
E Falconi, che ſporgono in fuora dalle fineſtre del Lanternino per ſoſtenere le candele.
F Candele a due orecchie per ſoſtenere i Traverſoni.
G Orecchie delle Candele.
H Traverſoni da una parte attaccati ai rampini, e dall'altra fermati con cavicchie alle Candele con Gattello ſotto.
I Gattello, che ajuta a ſoſtener i Traverſoni.
K Rampino per ſoſtenere il Traverſone.
Il Ponte per riſarcire la Croce in cima all' Obeliſco Vaticano, come più facile, e ſemplice degli altri, ma iſolato, e di una ſtraordinaria altezza, ha fatto meglio comprendere quanto bene, quanto giudicioſamente, e con quanta facilità, e ſicurezza Maeſtro NICCOLA delle circoſtanze, e dei ſiti ſappia prevalerſi in tutte le ſue operazioni. In queſto ha fatto ſervire lo ſteſſo Obeliſco per colonna di mezzo, intorno al quale giraſſero con una facilità, e comodo ſingolare le ſcale, ed i ripoſi, per giungere ſino alla cima di eſſo, e con incrociare alla groſſezza di mano in mano dell'Obeliſco, a guiſa di telajo, quattro travicelli, e collegarli con cavicchie a vite nelle incrociature, ha formato ciaſchedun piano del Ponte, retto, e ſoſtenuto da quattro altri travicelli poſti per ritto accoſto all' Obeliſco, a guiſa di puntelli appuntati ſotto alle dd. incrociature, e con ſeguitare la medeſima ſtruttura per tutti i piani del ponte, giunſe alla cima di eſſo, ſicchè con ſemplici travicelli ſervìti, o per telajo, o per puntelli potè facilmente col ſolo mezzo di due ſcale giungere all' ultimo ponte, che reſtava alto da terra 180 palmi.

L Primo ponte, al quale ſi ſaliva con ſcala portatile.
M Travicelli incrociati, che fanno telajo, & coſtituiſcono l' oſſatura dei piani dei ponti, o dei ripoſi delle Scale.
N Ripieno ſopra al Travicello, che fa ſpianare le Tavole.
O Puntelli accoſto alla Guglia, che reggono i Travicelli del Ponte ſuperiore.
P Scaletta per ſalire da un piano all'altro.
Q Piano di Ponte più grande, e forte degli altri con parapetto, da cui ſi riſarciva la Croce.
R Altro piano di Ponte ſimile.
S Ponte di mezzo.
T Croce da riſarcirſi.

TAVOLA XXVII.

SEbbene il Ponte per accomodare la Cattedra di S. Pietro ſembri poco diſſimile dagli altri, per eſſere raccomandate le Candele eſteriori alli Falconi di legno poſti ſopra il Cornicione, e le interiori alle ſtaffe di ferro ſopra l' Architrave, però vi ſi vede a ben conſiderarlo la ſua particolare, e ſtraordinaria invenzione, per eſſere le Candele anneſtate, o unite in mezzo con alcune laſtre di ferro gagliarde, e bene incavicchiate, che formano una ſnodatura nel terzo, e quinto ponte, ad effetto di poter diſcoſtare, e tener diſcoſto con alcuni puntelli dalla muraglia la parte inferiore del ponte con tutti i ſuoi piani; coſa troppo neceſſaria, atteſo che gli ornati inferiori vengono più in fuori dei ſuperiori, ed in tal guiſa il medeſimo ponte è ſoſtenuto dai ſoli Falconi da capo, e più vicino, ed accoſto alla muraglia, e da piedi più lontano, e diſcoſto a ſeconda degli ornati.

A Candele

41

XXVIII



Francesco Rostagni delin.

Niccola Guttierez inc.

42

XXIX



Francesco Rostagni delin.

Giuseppe Vasi inc.



XXX

A *Candelæ* exteriores duabus auribus instructæ a trabibus horizontaliter positis sustentatæ.
B Trabes horizontaliter positæ dictas aures sustinentes.
C *Candelæ* interiores duabus auribus instructæ, ferreisque stapedibus sustentatæ.
D Cardines, seu unci ferrei, dictas *Candelas* sustinentes.
E *Candelæ* laminis ferreis conjunctæ.
F Lamina ferrea, quæ *Candelas* unit.
G Stapedes ferrei cum clavulo, qui laminam *Candelis* alligant, & adstringunt.
H Mutuli transversas majores trabes sustinentes.
I Transversæ majores trabes.
K Transversa major trabs, quæ per dd. laminas transducta in inferiori *Candelarum* parte firmatur.

TABULA XXVIII.

POns AB, quamvis facilis, & a consuetis parum discrepans, eo artificio, atque intelligentiâ constructur, tantumque præsefert commodi, atque securitatis, ut, & ipse peculiarem sanè laudem promereatur. In normam, & exemplum inservire potest ad consimiles Pontes substruendos, eo vel magis, quia in ipso quæcumque Pontibus efformandis usui esse possunt, adhibita comperiuntur.
A Trabes.
B Transtra.
C Antitranstra.
D Funium ligaturæ, seu ferrei stapedes.
E Fulcra.
F Transversæ Trabeculæ.
G Primum Pontis planum.
H Fulcra.
I Antifulcra.
K Mutuli.
L Transversæ trabes.
M Trabes secundi plani.
N Transtra.
O Fulcra.
P Transversæ Trabeculæ.
Q Tabulæ pro secundo plano.
R Scalæ, quibus ad tertium Pontem ascenditur, & facilitas operandi præstatur.
S Cantherii pro tertio plano.
T Tertium planum.
V Quartum planum.
X Calopodia.

Pons AD ad fornicem Sacrarii S. Petri reficiendum, quod octo lateribus concluditur, potius laquear quoddam bene dispositum, quam pontem ad fornicem reficiendum repræsentat, & non secus, ac cæteri, quam bene d. NICOLAUS ZABAGLIA singulis utatur circumstantiis, apprimè demonstrat. Si quidem fenestrarum spondæ, quæ ut major luci aditus pateat, introrsum pendent, hoc præstant, ut trabes desuper firmari unâ ex parte possint, quæ ab aliâ parte contra columellam nitentes facilè Pontis pondus sustinere valent, dum in medio supra columellam gravitant, ad latera verò supra textrinum, quod undequaque gyrans per aliquas *Candelas* sustentatur, quæ ad pedes dd. trabibus incumbunt, ad caput verò parieti ope ferreorum stapedum firmantur, atque hoc quidem pondere trabes, & validius muniuntur, faciliusque eidem Pontis ponderi resistunt.
A Spondæ intrinsecus pendentes, quibus ab unâ parte trabes, quæ ibidem gravitant, firmantur.
B Columella, cui trabes ab aliâ parte firmantur.
C Trabes, quæ, ob nisum cum columella, ipsam, pontemque sustinent.
D *Candelæ* supra trabes excitatæ, stapedibus ferreis ad caput firmatæ, quæ textrinum, quod undequaque propè parietem gyrat, sustinent.
E Textrinum, quod transversas majores trabes sustinet.
F Fulcra in textrini tutamen.
G Transversæ majores trabes, quæ columellæ ab unâ parte, ab aliâ verò textrino insistunt.
H Tansversæ trabes, supra quas tabulæ disponuntur, quæ Pontis planum constituunt.

TABULA XXIX.

POns AB ad ornamenta, quæ in fornicis Basilicæ Vaticanæ fastigio inspiciuntur, restauranda, ultra quamquod ad ea etiam ornamenta, quæ in lateribus disponuntur, inservire potest, modum insuper Pontis per totam illam longitudinem, brevibus adhibitis lignis, construendi demonstrat, minori quidem lignaminis copiâ, quam alter, de quo mox diximus, expostulabat, tum quia dicto ZABAGLIA locorum circumstantiis bene utente, per fornicis foramina transduci potuerunt quidam stapedes trabibus supra fornicem protensis appositi, tum quia dd. stapedibus *Candelæ*, *Candelis* autem unâ cum aliis stapedibus firmari etiam potuerunt transversæ majores trabes, quibus transversæ minores trabes, nec non tabulæ Pontis imponerentur.
A Trabes supra fornicem, ubi stapedes firmantur.
B *Candelæ* dd. stapedibus junctæ.
C Transversæ majores trabes cum aliis stapedibus *Candelis* junctæ.
D Scala, per quam ab unâ fenestrâ ad Pontem ascenditur.
E Scala, per quam a coronamento ad Pontem ascenditur.

Pons AD pro minori dictæ Basilicæ fornice suam promeretur laudem, non modo propter diversam substructionem, verum etiam quia apprimè demonstrat, quomodo fulcra intacto pariete, pictura, & ornamentis illæsis collocentur.
F *Candelæ* auribus, tum ad caput, tum ad pedes instructæ.
G Auris ad caput, quæ Ponti incumbit.
H Auris ad pedes, ubi fulcrum firmatur.
I Lignum, qnod tractum tollit, fulcrum ipsi *Candelæ* unit, atque alligat.

Alter Pons AE, qui pro fornicibus pariter inservit, & ipse peculiari observatione dignus est, dum nullo fulcrorum genere munitur, solis sustentaculis trabes tutantibus.

Casula AH transversis regulis unâ cum cuneis, trabeculis, & tabulis, absque tamen clavis, cochleis, & clavulis componitur, undè facilè formari, destrui, & quemcumque in locum transportari potest, nihilo tamen minus tabulæ ope regularum unâ cum cuneis ità uniuntur, ac simul stringuntur, ut nullum supersit spiraculum, pro ut quotidie videmus in doliis, quæ circulis undequaque stringuntur.

Ut autem hæc ipsa Casula componi possit, primum omnium operæ pretium est, modulo adhibito, regularum colligationem instruere, quæ æqualiter, & adamussim congruere debent, ut in 1. 2. Ad aliquarum regularum caput cavum quoddam fit, ut in 3: ad caput verò aliarum ferrum instar literæ T firmatur, ut in 4: quod postquam per planum subierit cavum 3, vertitur per costam, ne regulis sese constringentibus a cavo exeat. Cum iisdem regulis quatuor efformantur textrina, duo supra, duo infra Casulam, duo interna, duo externa, & inter utraque tantum spatii intercedere debet, ut in 5. 6, quo scilicet in eo possint tabulæ collocari; etiam cuneos 7, pro ut diximus adhibere necesse est, qui inter duas prominentias regularum 8. 9. collocandi, intus ope mallei in 10. compelluntur. Tabulæ ad caput, & ad pedes ità subtiles fiunt, ut supra regulas promineant, quo ipsas in æqualitate servent: ad latera vero earumdem tabularum canales, & baculi respectivè efformantur, ut una intra aliam inferatur, simulque omnes uniantur, & congruant; ac re quidem vera dispositis hisce tabulis in spatio, quod inter unum, & alterum textrinum intercedit, cuneisque ope mallei impulsis, pro ut dictum est, ità, ut etiam interiores regulas subeant, dictæ tabulæ sic invicem uniuntur, ac stringuntur, ut Casula, veluti dolium quoddam, integra videatur.

TABULA XXX.

HIc pons ad coronamentum subter balaustia prospectus S. Petri in Vaticano resarciendum fuit constructus, & quidem nullo aperto foramine ad ligna statuenda, cum ad id ea tantum inserviverint foramina, quæ prope pedes interioris spondæ ad exitum aquis parandum constructa sunt.
A Balaustia frontis, seu prospectus.
B Coronamentum reficiendum.
C Sponda interior.
D Dictæ spondæ foramina ad exitum aquis parandum.
E *Candelæ* intra, & extra spondam interiorem pluribus in locis clavulis munitæ.
F Clavuli *Candelas* interiori spondæ firmantes.

A Candele eſteriori a due orecchie ſoſtenute da Falconi.
B Falconi, che ſoſtengono le dette orecchie.
C Candele interiori a due orecchie ſoſtenute dalle ſtaffe di ferro.
D Gangheri, o Rampini di ferro, che ſoſtengono le dette Candele.
E Candele anneſtate con laſtre di ferro.
F Laſtra di ferro, che uniſce le Candele.
G Staffe di ferro con cavicchia, che legano, e ſtringono la laſtra alle Candele.
H Gattelli, che ſoſtengono i Traverſoni.
I Traverſoni.
K Traverſone, che paſſa tra le dd. laſtre, e poſa nella parte inferiore delle Candele.

TAVOLA XXVIII.

IL Ponte AB, ancorchè facile, e non differiſca molto dai conſueti, è fabbricato però con tale intelligenza, e maeſtrìa, ed è sì comodo, e ſicuro, che ha ancor eſſo il ſuo particolar pregio. Può ſervire di eſempio, e di regola per farne dei conſimili, tanto più, che in eſſo ſono meſſe in uſo poco meno, che tutte le coſe, che poſſono ſervire per la coſtruzione de' Ponti.
A Corde.
B Banchette.
C Contrabanchette.
D Legature di funi, o ſtaffe di ferro.
E Saettoni.
F Traverſe.
G Primo piano del Ponte.
H Puntelli.
I Contrapuntelli.
K Gattelli.
L Traverſoni.
M Corde del ſecondo piano.
N Banchette.
O Saettoni.
P Traverſe.
Q Tavole del ſecondo piano del Ponte.
R Scale per ſalire al terzo piano del Ponte, e per comodo di lavorare.
S Cavalletti pel terzo piano del Ponte.
T Terzo piano.
V Quarto Piano.
X Sottopiedi.
Il Ponte AD, per accomodare la volta della Sagreſtìa di S. Pietro, la quale è di otto lati, ſembra un bel concertato ſoffitto, più toſto, che un ponte per riſarcire la volta, e fa ancor' eſſo al pari di ogni altro comprendere, quanto Maeſtro NICCOLA ſi ſappia approfittare delle circoſtanze, poichè i parapetti delle fineſtre, che ſono pendenti in dentro, per dar loro maggior luce, ſervono per appuntarvi da una parte le travi, le quali facendo contraſto dall' altra al Monaco, poſſono facilmente ſoſtenere il peſo del ponte, gravitando nel mezzo ſopra il Monaco, e nelle parti ſopra un telajo, che gira intorno intorno, ſoſtenuto da alcune Candele, che da piedi poſano ſopra a dd. travi, e da capo ſono fermate alla muraglia con iſtaffe di ferro, pel qual peſo vengono le travi maggiormente aſſicurate, ed a reſiſtere al medeſimo peſo del ponte.
A Parapetti pendenti in dentro, dove appuntano, e fanno forza da una parte i paradoſſi.
B Monaco, dove appuntano i paradoſſi dall' altra parte.
C Paradoſſi, che pel contraſto col Monaco reggono quello, ed il ponte.
D Candele alzate ſopra i paradoſſi, fermate da capo con iſtaffe di ferro, che reggono il telajo, che gira intorno intorno accoſto al muro.
E Telajo, che ſoſtiene i Traverſoni.
F Saettoni per ſicurezza del telajo.
G Traverſoni, che da una parte poſano ſopra il Monaco, e dall' altra ſopra il telajo.
H Traverſe, ſopra delle quali ſono le tavole, che coſtituiſcono il piano del Ponte.

TAVOLA XXIX.

IL Ponte AB, per riſarcire gli ornati del colmo della volta della gran Baſilica Vaticana, oltre a poter ſervire per riſarcire ancora quelli de' lati, addita di più la maniera di coſtruire con legni corti un ponte per tutta quella larghezza con minor quantità di legname del precedente, col prevalerſi della circoſtanza di poter far paſſare per li fori della volta alcune ſtaffe fermate alle travi ſteſe ſopra la volta, e con fermare a dette ſtaffe le candele, ed a queſte con altre ſtaffe i Traverſoni, per mettervi ſopra le traverſe, e tavole pel Ponte.
A Travi ſopra la volta, dove ſono fermate le ſtaffe.
B Candele attaccate alle dd. ſtaffe.
C Traverſoni attaccati con altre ſtaffe alle Candele.
D Scala, per cui da una fineſtra ſi ſale al Ponte.
E Scala, per cui dal Cornicione ſi paſſa al Ponte.
Il Ponte AD, per la volta più piccola della detta Baſilica ha il ſuo pregio, non ſolo per la differente coſtruzione, ma perchè dimoſtra, come ſi mettono i Saettoni ſenza toccar la muraglia, per non offender la pittura, o altri ornati.
F Candele con orecchie da capo, e da piedi.
G Orecchia da capo, che poſa nel Ponte.
H Orecchia da piedi, ove poſa, ed appunta il Saettone.
I Tirante, che leva la tratta, uniſce, e lega il Saettone alla Candela.
L'altro Ponte AE, che ſerve parimente per le volte, ha ancor' eſſo la particolar prerogativa di eſſere ſenza puntelli, e ſenza Saettoni, ſervendo i ſoli tiranti per aſſicurare le travi.
Il Caſotto AH, è compoſto di traverſe con zeppe, travicelli, e tavole ſenza chiodi, ſenza viti, e ſenza cavicchie, onde può facilmente farſi, diſfarſi, e traſportarſi dovunque ſi voglia, e con tutto ciò le tavole ſi ſtringono, e ſi uniſcono inſieme per mezzo di dd. traverſe con zeppe, in maniera, che non vi reſta alcuno ſpiraglio, come appunto ſuccede nelle botti ſtrette dai cerchj.
Per comporlo conviene fare prima di ogni altra coſa l'anneſtatura delle traverſe per mezzo del modine, perchè biſogna, che ſia giuſta, ed eguale, e venga come in 1. 2. In capo d' alcune traverſe ſi fa un incavo, come in 3, ed in capo delle altre, ſi ferma un ferro a guiſa di T, come in 4, che poſto per piano nell' incavo 3, ſi volta per coſta, perchè non eſca dall' incavo nello ſtringere delle traverſe. Con queſte traverſe ſi formano quattro telaj, due per ſopra, e due per ſotto il Caſotto, due interni, e due eſterni, e tra gli uni, e gli altri deve correre tanto ſpazio, come in 5. 6, da poter metter in eſſo le tavole; ſi richiedono, come ſi è detto, anche le zeppe 7, per metterle tra due riſalti delle traverſe 8. 9, che ſi mandano dentro a forza di martello in 10. Le tavole da capo, e da piedi ſi aſſotigliano in maniera, che facciano riſalto ſopra le traverſe, perchè le tengano in uguaglianza: dai lati poi delle medeſime tavole ſi fanno canali, e baſtoni riſpettivamente, acciocchè l' una incaſtri dentro l'altra, e vengano a ſtare unite, e combaciare inſieme, ed in fatti meſſe queſte tavole nello ſpazio tra un telajo, e l'altro, e ſpinte a forza di martello le zeppe, come ſi è detto in maniera, che paſſino ancora nelle traverſe di dentro, ſi ſtringono, e ſi uniſcono in guiſa l' una coll' altra le dette Tavole, che ſembra il Caſotto d' un ſol pezzo, come una botte.

TAVOLA XXX.

QUeſto Ponte fu fatto per riſarcire il cornicione ſotto alla Balauſtrata della facciata di S. Pietro in Vaticano, ſenza fare un minimo buco per li legni, eſſendoſi ſervito il detto Maeſtro NICCOLA di quelli, che ſono a piedi del parapetto interiore per dare l' eſito all' acque.
A Balauſtrata della facciata.
B Cornicione da riſarcirſi.
C Parapetto interiore.
D Buche di detto parapetto per l' eſito dell' acqua.
E Candele dentro, e fuori al parapetto interiore, incavicchiate in più luoghi.
F Cavicchie, che tengono le Candele unite al parapetto interiore.

45





47

XXXIII













G Clavuli transversas trabes H sustentantes, quibus trabibus aliæ trabes I, horizontaliter positæ insistunt.

K Clavuli cum inferioribus transversis trabibus L, quæ resistunt, & elevationem dictarum horizontalium trabium I impediunt, quæ a pondere N producitur.

M Parvum calopodium supra Balaustium, cui trabes I horizontaliter positæ firmantur.

N *Candelæ*, quæ junctæ dictis trabibus I horizontaliter positis pontem sustinent.

O Transversæ trabes clavulorum ope *Candelis* firmatæ, ac pontis planum sustinentes.

P Pontis planum.

TABULA XXXI.

TYpus Contignationis ad mutandum unum ex epystiliis Columnarum, quæ in porticu Ecclesiæ, quam Rotundam vocant, reperiuntur: hæc autem contignatio supercilium, parietem, & quidquid a columna sustinetur, facilè potest sustinere.

TABULA XXXII.

TYpus Contignationis ad mutandam unam ex columnis porticus ejusdem Ecclesiæ.

TABULA XXXIII.

COntignatio, quæ in cavo anaglyphorum Columnæ Trajanæ efformando fuit adhibita.

TABULA XXXIV.

COntignatio, quæ ad ornamentum Confessionis SS. Apostolorum in Vaticano expoliendum inservivit.

TABULA XXXV.

TYpus Contignationis in prospectu ad Columnam Antoninam excitandam.

TABULA XXXVI.

PRæcedens Typus sub alio aspectu majoris claritatis gratiâ, cum iisdem ichnographiâ, & scenographiâ.

De Translatione Obelisci Vaticani, aliorumque ab Equite DOMINICO FONTANA *susceptæ, quæ, prout ab eodem descripta fuit, exhibetur.*

VUlgata fama de Obelisci Vaticani suscipienda translatione, tot, tantique Mechanicæ, Architecturæ, aliique similium artium peritissimi Viri Romam confluxerunt, non modo ex remotioribus Italiæ partibus, verum etiam ex Rhodo Insula, & Græcia, ut 18. Septembris anni 1585. quingenti circiter numerari potuerint in Congregatione ad hujusmodi opus a Summo Pontifice Syxto V. instituta. Horum quilibet, quidquid in hoc juxta sui ingenii vires excogitaverat, per typos, aut modulos, sive in scriptis, seu voce patefecit; plerique tamen senserunt Obeliscum situ erecto transferendum esse; difficillimum quippe visum ipsis fuit, eum rursus erigi posse, si forte prius humi sterneretur: facilius, tutiusque, spectato non minus machinæ pondere, quam magnitudine, si motu quodam medio de uno in alium locum erecto situ transferretur; Aliis vero placuit, Obeliscum non solum hoc modo transferendum, sed etiam una simul stylobatam, & basim; Aliis contra transportandum censentibus nec erectum, nec humi protensum, sed 45 horizontis gradibus inclinatum. Nec defuere, qui varios hujus Obelisci erigendi modos suppeditarunt, vel per vectem instar stateræ, vel per cochleas, seu rotas. Tot inter peritissimos Viros, & mihi aditus patuit; ideòque typum protuli ligneum, in quo plumbea pyramis funibus, trochleis, parvulisque ejusdem typi instrumentis aptabatur, & in dicta Congregatione, videntibus etiam iis omnibus hujusce artis præstantissimis Viris, dictam pyramidem sustuli, illaque paulatim demissa simul verbis exposui rationes, & fundamenta cujuscunque motus, prout postea adamussim evenit. Pensatis igitur, diligenterque libratis, quæ vario marte, & ingenio fuerant ab omnibus excogitata, delineatus a me movendi Obelisci typus, tanquam tutior, ac facilior, præ cæteris fuit probatus. Verum enim verò tantum erat in prædicta Congregatione desiderium prosperi eventus in tam arduo opere suscipiendo, ut multos ex iis, ætati meæ quasi adhuc juvenili diffidentes, timor quidam incesserit (quadraginta quippe duos annos nondum excesseram) ne designatum opus feliciter à me posset expediri; quo circa rati ad id necessariam esse Viri alicujus industriam, qui ætate maturior longa in his artibus experientia polleret, & gravi, tardoque consilio adamussim quidquid in typo designabatur summa cum diligentia exequeretur, statuerunt hujusmodi provinciam Bartholomeo Amannati Florentino committere, qui tunc sexagesimum quintum suæ ætatis annum numerabat, nec non Jacobo a Porta, ut ambo vestigiis a me descriptis insistentes desideratum opus perficerent. Hoc pacto totum hoc negotium in laudata Congregatione fuit conclusum, & summa quidem cum animi mei lætitia, saltem in hac parte, dum tot inter præstantissimos Viros, qui in delineando translationis modo insudarunt, mihi uni datum est, ut typum a me confectum præ cæteris probatum viderem, simulque tanti operis exequutione duobus insignibus Architectis commendata, omnem deposui curam, & molestiam, qua concepti operis perfectio ab omnibus retro sæculis intentata, laboribus, & periculis plena animum meum certo certius divexasset.

Verum aliquot post dies, cum Sanctissimus DOMINUS NOSTER ex me quæsivisset quid de iis sentirem, quæ in dicta Congregatione fuerant statuta, re bene, ac ut par est, inspecta, cum optarem summopere, ut opus feliciter perficeretur, simulque dubitarem quammaximè, ne, si quid fortasse sinistrum, aut infaustum contigisset, culpa in typum a me confectum coniiceretur, illico respondi me non parum angi, quod non bene mecum actum esset, dum neminem tam idoneum arbitrabar ad inventa exequenda, quam illum ipsum, qui invenit, nec umquam fieri posse, ut alter alterius excogitatum planè intelligeret. His auditis, DOMINUS NOSTER statim præcepit, ut ego unus tantum opus aggrederer. Quo circa, nulla interposita mora, quinquaginta fossoribus assumptis ad excavandam foveam me contuli, in qua jacienda erant fundamenta, in platea nempe S. Petri, & eodem in loco, ubi prius trabem fixerant in signum excavationis ibi faciendæ iidem Architecti Bartholomeus Amannati, & Jacobus a Porta, qui locus situs est e regione Portæ Majoris dictæ Ecclesiæ. Hoc autem factum fuit die Mercurii 25. dicti Mensis Septembris, quæ dies in omni DOMINI NOSTRI vita, rebusque ab eo præclare gestis præ cæteris notanda est. Hac quippe die in Episcopum jure, meritoque designatus, in Cardinalium Collegium adscitus, tandemque ad summum Pontificatus fastigium evectus, sacraque tyara redimitus est.

Continuata igitur effossione, stabilitum est fundamentum quoddam quadratum palmorum 60. in quolibet ejus latere, profundum 33. Quoniam verò terra ibidem cretosa, lutosaque inventa fuit, & magna aquæ copia abundans apta non erat ad tantam molem sustinendam, id circo opus fuit trabeculis quernis, & castaneis excoriatis, & in modum palorum altè infixis, quæ perpetuo subtus terram conservari solent, dictum foveæ fundum communire. Singulæ trabeculæ longitudinem palmorum 25, crassitudinem unius palmi continebant. Fundamenti verò materies ex pluribus, minutisque fragmentis silicis nempe, & laterum inter se calce, & arena fossili bene compactis composita est, multaque intus ærea numismata sacro, solemnique ritu projecta fuerunt. Inter quæ silentio prætereundæ non sunt duæ capsulæ ex tyburtino lapide, quarum quælibet duodecim numismata continebat, insculptam ex una parte imaginem DOMINI NOSTRI præseferentia, ex aversa autem parte diversas repræsentantia figuras, & imagines. In aliquibus si quidem homo quidam dormiens videbatur sub arbore, circumscripta epigraphe *Perfecta securitas*: Alia vero tres exibebant montes, quibus ad dexteram cornucopia, ad sinistram lauri ramus insistebat: desuper verò ensis cernebatur cuspidem Cœlum versus protendens, & in stateræ fulcrum concinnatum, ubi verba illa *Fecit in monte convivium pinguium*: In aliis apparebat S. Franciscus genibus ante Crucifixum positis una cum cadente Ecclesia: inscriptio autem erat *Vade Francisce, & repara*: alia demum imaginem Pontificis Pii V. ex una, ex altera verò parte aut Religionem, aut Justitiam repræsentabant.

G Cavicchie, che reggono i Traverſoni H, ſopra dei quali poſano i Falconi I.
K Cavicchie con ſotto i Traverſoni L, i quali reſiſtono, ed impediſcono la leva dei Falconi I, che ſi cagiona dal peſo N.
M Zoccoletto ſopra al balauſtro, dove poſano i Falconi I.
N Candele attaccate alli Falconi I, che ſoſtengono il Ponte.
O Traverſoni fermati con cavicchie alle Candele, che reggono il piano del Ponte.
P Piano del Ponte.

TAVOLA XXXI.

Diſegno del Caſtello per mutare un Capitello d' una Colonna del Portico della Rotonda, ſufficiente a ſoſtenere Architrave, muraglia, e tutto ciò, che ſi ſoſtiene dalla Colonna.

TAVOLA XXXII.

Diſegno del Caſtello per mutare una Colonna dello ſteſſo Portico della Rotonda,

TAVOLA XXXIII.

Caſtello per fare il cavo de baſſi rilevi della Colonna Trajana.

TAVOLA XXXIV.

Caſtello ſervito per ripulire l'ornamento della Confeſſione dei SS. Apoſtoli nel Vaticano.

TAVOLA XXXV.

Diſegno in proſpettiva di Caſtello per alzare la Colonna Antonina.

TAVOLA XXXVI.

Diſegno precedente in altra veduta per maggior chiarezza colla ſteſſa pianta, e profilo.

Modo tenuto dal Cavaliere DOMENICO FONTANA *nel traſportare l' Obeliſco Vaticano, ed altre moli, quale ſi da nuovamente alla luce, come da eſſo fu deſcritto.*

SParſa la fama, di doverſi intraprendere la grand' opera del Traſporto dell' Obeliſco Vaticano, concorſe a Roma da Milano, da Venezia, da Firenze, da Lucca, da Como, dalla Sicilia, e ſino da Rodi, e dalla Grecia quantità grande di Letterati, Mattematici, Ingegneri, Architetti, ed altri Valentuomini talmente, che ne comparvero circa cinquecento nella Congregazione deputata per tal' effetto dal Papa, e tenuta li 18. Settembre 1585. Ciaſcheduno di eſſi avea portata la ſua invenzione, chi in diſegno, chi in modelli, e chi in iſcritto, altri explicò il ſuo parere in viva voce, e la maggior parte ſtimava, doverſi traſportare la Guglia in piedi, giudicando coſa difficiliſſima il diſtenderla per terra, ed il tornarla di nuovo a dirizzare, ſpaventati, cred' io, dalla grandezza, e peſo della macchina: credendo forſe, eſſere maggiore facilità, e ſicurezza, il condurla diritta nel movimento mezzano, che negli altri tre modi, di abbaſſarla, ſtraſcinarla, e rialzarla. Alcuni altri furono, che non ſolamente volevano portar la Guglia in piedi, ma ancora il Piedeſtallo, e la Baſe inſieme: Altri ne diritta, ne diſteſa per terra, ma pendente a 45 gradi dell' Orizonte, che volgarmente ſi dice a mezz' aria: Altri moſtravano il modo di ſollevarla, chi con una leva ſola a guiſa di ſtadera, chi con le viti, ed altri con le ruote. Io portai il mio modello di legname dentrovi una guglia di piombo proporzionata alle funi, taglie, ed ordigni piccoli del medeſimo modello, che la doveva alzare, ed alla preſenza di tutti quei Signori della Congregazione, e de' ſuddetti Maeſtri dell' arte levai quella Guglia, e l' abbaſſai ordinatamente, moſtrando con parole a coſa per coſa la ragione, il fondamento di ciaſcuno di queſti movimenti, ſiccome ſeguì poi appunto in effetto. Ora conſiderati eſquiſitamente, e ponderati li diſcorſi, diſegni, ed edifizj di ciaſcheduno di noi, e diſputato aſſai, all' ultimo ſi venne a queſta concluſione, che il modo di movere, e traſportare la Guglia da me ritrovato, foſſe il più facile, il più ſicuro, ed il meglio inteſo, per ſortire proſpero fine, di tutti gli altri, che ivi furono proferiti: e di comune conſentimento di tutta la Congregazione fu eletto, ed approvato, per ſervirſene nel traſportare la Guglia, laſciando da banda tutti gli altri. Vera coſa è, che per lo gran deſiderio, che quei Signori aveano, che la coſa ſuccedeſſe bene, caddero in timore dell' età mia, dicendo, che io era troppo giovane a tanto incarco, non paſſando io anni 42. credendo eglino, che foſſe neceſſario un uomo attempato nell' arte di mover peſi; acciocchè con maturo, e tardo diſcorſo eſeguiſſe di parte in parte, quanto nel modello ſi moſtrava. Stabilirono perciò, che l' impreſa ſi conſegnaſſe a Meſſer Bartolomeo Amannati Fiorentino, uomo di età di ſeſſantacinque anni, aſſegnandogli in ajuto Meſſer Giacopo della Porta, acciocchè ambedue di compagnìa aveſſero col mio trovato a condurre a buon fine quanto ſi deſiderava. In queſta maniera fu concluſa la Congregazione, e con mio gran contento per certo in queſta parte almeno, che fra tanti belli ingegni, e modelli diverſi l' invenzione mia foſſe poſta innanzi, ſcelta, ed approvata per la migliore, ed aſsegnata a due valenti Architetti, per eſsere adoperata a tanto effetto, e reſtai libero da ogni penſiero, che mi poteſse arrecare, il menar a fine opera così importante, e difficile, e piena di riſchj, e pericoli, non tentata ancora da neſsun altro.

Ma dopo alcuni giorni eſsendo io ricercato da NOSTRO SIGNORE del mio giudizio ſopra le deliberazioni già preſe, riſpoſi, che eſsendo io molto deſideroſo, che l' impreſa riuſciſse a buon porto, e dubitando, che (ſe per ventura nell' eſeguire, che altri aveſse fatta la mia invenzione, foſse intravenuto qua'che ſiniſtro accidente) credeſse alcuno, che ciò foſse avvenuto per difetto del mio modello; io era venuto in gran penſiero, e parevami per queſto riſpetto patire un poco di torto: atteſo che io giudicava, che alcuno non poteſse mai eſeguire così bene l' invenzione altrui quanto l' Inventore iſteſso: eſsendo che non ſi trova uomo, che poſsa appieno intender mai l' intenzione, o penſiero dell' altr' uomo. Allora NOSTRO SIGNORE ordinò, che io ſolo doveſſi dar principio all' opera, ed eſeguire la mia intenzione, e ſubitamente m' inviai con cinquant' uomini a far cavar il foſso, dove s' avea da gettare il fondamento, ſu la piazza di S. Pietro, nel medeſimo luogo, dove prima era ſtato piantato un Trave per ſegno dall' Amannati, e da Meſser Giacopo della Porta, che è dirimpetto alla Porta principale della ſuddetta Chieſa; e queſto fu in giorno di Mercoledì alli 25. del detto Meſe di Settembre, giorno veramente notabile, e fortunato nel corſo della vita, azioni, e grandezze di NOSTRO SIGNORE, perchè in tal giorno fu creato Veſcovo, e ſucceſſivamente eſaltato alla dignità di Cardinale, ed all' ultimo felicemente aſsunto al ſommo grado di Pontefice, e coronato nel medeſimo giorno.

Ora cominciatoſi a cavare il fondamento ſi fece quadrato di palmi ſeſsanta per faccia, cupo palmi trentatre, e per non trovarſi buon fondo, eſsendo terreno fangoſo, e cretoſo con acqua aſſai: fu biſogno palificare nel fondo del foſso con travicelli di Quercia, e di Caſtagno ſcorzati, che ſi ſogliono conſervare perpetui ſotto terra; erano lunghi l' uno palmi 25. groſſi un palmo di diametro, battuti con battipalo con gran diligenza. La materia del fondamento è di pietra ſelice ſpezzata minutamente, e pezzi di mattoni con buona calce fatta con la pozzolana, la quale fa grandiſſima preſa, ed in detto fondamento in molti luoghi ſi gettarono medaglie di bronzo in memoria del fatto, fra le quali particolarmente furono due caſsette di travertino dentrovi dodici medaglie per ciaſcuna, le quali aveano da una banda ſcolpita l' immagine di NOSTRO SIGNORE, e li roveſcj di molte ſorti: perocchè in alcune ſi ſcopriva un uomo, che dorme alla Campagna ſotto a un albero con il motto attorno: *Perfecta ſecuritas*: altre tre monti, e ſopra dalla banda deſtra una cornucopia, dalla banda ſiniſtra un ramo di lauro, e nella ſommità una ſpada con la punta volta verſo il Cielo, che ſerve per perno d' un pajo di bilance col motto: *Fecit in monte convivium pinguium*: In altre vedeaſi S. Franceſco in ginocchioni avanti al Crocifiſso con la Chieſa, che rovina, ed il motto: *Vade Franciſce, & repara*: in altre finalmente da una banda appariva l' effigie di Papa Pio Quinto, e nel roveſcio o la Religione, o la Giuſtizia.

E perchè

XXXVII



Francesco Restagni delin.

Giuseppe Vasi inc.

Verum quia dum hæc agebantur, ad Contignationem, quæ tanto levando ponderi idonea eſſet, conſtruendam, ut ſuo loco deſcribam, maxima trabium copia prægrandis craſſitudinis, & longitudinis, nec non diverſa ejuſdem generis ferramenta neceſſaria erant, quæ cum nullibi Romæ potuerint inveniri, ad rem citius, faciliuſque expediendam DOMINUS NOSTER amplam mihi tribuit authoritatem, ut in toto Statu Eccleſiaſtico poſſem ad libitum emere, vendere, & quidquid hujuſmodi opus reſpiceret pro meo arbitrio diſponere; quo circa ſtatim opus illud agreſſus felici ſucceſſu, juvante Deo, omnia fuerunt compoſita.

TABULA XXXVII.

PRiuſquam tamen ad alia progrediar, non incongruum duxi in eruditionem eorum, qui præſentes non fuerunt, locum, ubi prius Obeliſcus temporis diuturnitate fere conſepultus jacebat, per typum aliquem connotare. Erat autem hujuſmodi locus remotus, lutoſus, & invius, ita ut plurimi, qui ſeu Religionis gratia, ſeu quacumque de cauſa, Romam adventabant, niſi ab aliquo viam edocerentur, aut ſumma cum difficultate illum inveniebant, aut in Patriam tam prænobili mole non viſa remeabant. In prima Tabula, hoc, quod dictum eſt, diſtinctè cernitur: ſimulque opportunum mihi viſum eſt, octo ejuſdem Obeliſci Typos, ſeu modulos exhibere, meliores ſcilicet, qui in prædicta Congregatione propoſiti optimis rationibus inniti comperti ſunt; & quamvis ampliori forma repræſentandi eſſent, hoc tamen, quod alioquin legentium utilitatem remorari nullo modo poteſt, foliorum anguſtia non permiſit.„ Si „ quis autem melius hac in re inſtrui cuperet, videre poterit par„ tem 2. lib. VIII. cap. 19. Architecturæ Vincentii Scamozzi, qui „ omnia, quæ ſub ejus oculis geſta ſunt, latius deſcribit. Monen„ dum etiam ſupereſt, aliquas ex ſequentibus tabulis à prototypis „ DOMINICI per Equitem CAROLUM FONTANA fuiſſe depromptas, „ ut eas in ſuo Vaticano Templo inſereret, ubi eamdem quidem „ translationem, variò tamen ordine deſignat, atque in his eiſdem „ tabulis aliquæ ejuſdem Equitis notæ, præter tabulas ab eo adje„ ctas, relictæ fuerunt, diverſo caractere diſtinctæ; reliquæ verò „ tabulæ ab eodem CAROLO omiſſæ ab Equitis DOMINICI prototypis „ fuerunt extractæ.

A Typus probatus, & exequutioni demandatus, ut infra declaratur.
B Typus aſportandi Obeliſcum ſolum cum vectibus vertici appoſitis.
C Typus ſiſtendi Obeliſcum in æquilibrio ope Semirotæ.
D Typus illum erigendi ſolis cuneis.
E Typus demittendi Obeliſcum cum cochleis, illumque ſemipendentem aſportandi.
F Typus excitandi Obeliſcum, illumque demittendi uno tantum vecte inſtar ſtateræ.
G Typus ſemirotæ, cujus ope demittendus erat Obeliſcus de dente in dentem, tanquam per dentes Rotæ alicujus molæ.
H Typus excitandi, demittendi, & trahendi eumdem Obeliſcum per cochleas.

TABULA XXXVIII.

In hoc ſchemate verus priſci Vaticani ſitus cum variis Circi molibus, Martis Fano, recentiori Templo Principis Apoſtolorum, Romuli munimentis, Via Triumphali, Trajana foſſa, Scipionum tumulo, Janua, ac Ponte Triumphali, item Ælii Adriani Pons, Sepulcrum, Hippodromus, aliaque exhibentur.

ANtequam verò opus aggrederer, cupiens de vero Obeliſci pondere certior fieri, curavi ejuſdem petræ palmum maxima cum diligentia ab alio conſimili lapide exciſum in perfecti cubi formam redigi, atque comperto hujus cubi pondere, quod erat librarum 86. Obeliſcum ipſum metitus fui, qui continere inventus eſt palmos cubicos 11204. minus decima ſexta circiter, quod menſuræ genus, prout fert Romæ uſus, 30 palmis cubicis quamlibet *Carraginem* exæquans, *Carraginibus* 363, palmiſque circiter 14. reſpondet: computatis verò omnibus ſupradictis palmis ad rationem librarum 86. in quolibet palmo, inventum eſt per regulam auream verum totius Obeliſci pondus in libris 963537, & $\frac{35}{48}$.

Mecum autem ipſe diligenter recogitans quamlibet ergatam denſioribus ſpartis, & trochleis munitam librarum circiter 20000. ponderi parem eſſe, proindeque 40. ergatas libras 800000. commodè ſuſtinere poſſe, in reliquis ſtatui quinque vectes apponere ex craſſioribus trabibus, quarum quælibet in longitudinem palmorum 70. protenderetur, ita ut hoc modo non ſolum mihi datum erat pondus excitare; ſed multo plus etiam: præterquam quod, juxta typum a me expreſſum, nova ſemper addi poterant inſtrumenta, ſi forte prima non ſufficere deprehenderentur.

Hujuſmodi ergatarum copia omnibus harum artium Peritis anſam veluti dubitandi præbuit, an ipſæ ſimul æquali vi agere poſſent, pro ut ad pondus ſublevandum requiritur; unde, ſi quæ forte plus, alia verò minus vires exerceret ſuas, illud profectò contingere potuiſſet, ut major ponderis pars in ergatam majoris momenti, & virium ſeſe exonerans illam diſrumperet, atque hoc pacto maximam toti machinæ confuſionem, & perturbationem pareret.

Hæc tamen tanti non fuerunt, ut me, quamvis nec uſu, & experientia, nec aliorum exemplis in tot viribus ſimul colligendis, atque exercendis, inſtructum, a propoſito dimoverent. Hæc enim ratio animo meo inſederat, quod nempe ſicuti vehemens unius quadrigæ impetus unum ex validioribus cannabis pertrahentis, illud rumpere non potuiſſet, & ergata, quæ nimio gravata pondere reperiretur, amplius circum agi non potuiſſet, pro ut mihi ſatis experimentis compertum erat, ita dum hujuſmodi ergatæ nimio onere compreſſæ impeditæ fuiſſent, ſanè, quæ laxiores eſſent, operari cœpiſſent, donec & in ipſas integra proprii ponderis portio ſeſe exoneraſſet, ſicque prima illa ergata, quæ antea ſupra modum gravabatur, ab alia quaſi auxilium, levamenque accipiens, & ipſa gyrum ſuum reaſſumpſiſſet, omneſque proinde omnium machinarum vires ſimul conveniſſent. Præterea mandavi poſt ſingulos tres, vel quatuor ergatæ gyros ſiſtendum eſſe, ut hoc ordine, ſi quis funis nimium tenſus appareret, laxari comodè poſſet; laxato ſiquidem capite, quod ad ergatam ducitur, majuſque cæteris omnibus, quæ ab ipſo pertrahuntur, pondus ſuſtinet, utique propria ponderis portio poliſpaſto applicatur, & in cæteros funes æquè diſtribuitur, idque iis præcipiendum cenſui, qui huic capiti, quod vulgò *Candela* dicitur, invigilabant, ut ſi forte incohato gyro, & machinarum motu nimis tenſum comperiſſent, prout neceſſitas poſtulare videretur, magis, minuſve laxarent, atque hoc modo experientia ſatis, ſuperque hæc, quæ diſpoſueram, comprobante, omnia pericula de medio tollebantur, nec umquam fieri poterat, ut funes, ſeu cannaba diſrumperentur.

